


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 823 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 823 8° copy 1




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 823 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 823 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 823 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 823 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 823 8° copy 1




P. - 20.

LN 823

ex. 1

M





D
NA
DI

NIC

Gen
cord
ipfo

DE LEGE
NATVRAE APO=
DICTICA METHO=
cus, concinnata
per
NICOLAVM HEM=
MINGIVM.



— Rom. 2.
Gentes ostendunt opus legis scriptum in
cordibus suis, unà testimonium reddente
ipforum conscientia.

VITEBERGÆ.
ANNO M. D. LXIII.

SPL
NER
ET VIRT
ro, Domine
atq; senator
Domino
mino
d

NICO



cipem agere
ficatur, &
principis m
cia uim, sin
la domus,
feruari pot
iusticia, q
societatis,
est (quem



SPLENDORE GE-
NERIS, DOCTRINA

ET VIRTUTE CLARISSIMO VI-
ro, Domino Erico Krabbe, Equiti aurato,
atq; senatori Regni Daniæ sapientissimo,
Domino de Bustrup, Patrono ac Do-
mino suo inprimis obseruan-
do: Gratiam & pa-
cem precatur

NICOLAUS HEMMIN-
GIVS.



ETVS (teste Plutar-
cho) dictum est, uir cla-
rissimè, sine iusticia ne lo-
uem quidem posse prin-
cipem agere: quo sane dicto signi-
ficatur, & maxime arduum esse
principis munus, & magnam iusti-
ciæ uim, sine qua nulla respub; nul-
la domus, deniq; nulla societas con-
seruari potest. Nam ut lex regulam
iusticiæ, quæ est uinculum humanæ
societatis, præscribit: ita magistratus
est (quem summi Philosophi νομοφύ-

A 2 λαακ,

EPISTOLA

λακα, hoc est, legum custodem uocant) totis uiribus in hoc incumbere, ut uinculo legum, quod est iusticia, corpus reipublicæ contineat. Etenim ut corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege, iusticiæ norma, suis partibus & neruis & sanguine & membris (ut ait Cicero) uti non potest. Quapropter meritò laudandi sunt legum conditores, ut sanctissimi iusticiæ mystæ ac ministri, qui ipsos legum fontes in natura quærentes incolumem hominum inter se coniunctionem conseruare uoluerunt. Nulla enim societas nisi iusta fuerit, constans & inlumis permanebit diu, atque ideò leges (quæ hoc nomen iustè merentur) hoc spectant, hoc uolunt, ut iusticia inter se coalescant homines, quo eorum societas inter se sit sancta ac stabili.

Huius autem iusticiæ ueluti nerui quidam sunt, religio siue cultus diuinus, natura communis, superiorum & inferiorum ordo, cognatio, affinitas,

tas, contra
mana uari
indigeant
feu magis
quædam
regere deb
aut nimiu
ptis, corpu
paulatim c
fa legi pre
stos, qui ut
in republica
derator sit. T
lunt se his n
magistratus,
untur, de cor
imitetur sap
bra hominis
ctus ratione
seruandam
conseruant
possunt, at
dantur, sed
dunt, ne c
tim infici

DEDICATORIA.

tas, contractus, officia in societate hu-
mana uaria, unde fit ut alij aliorum
indigeant opera, Hos nervos lex ipsa
seu magistratus, qui est ueluti uia
quædam lex, stabilire, conseruare ac
regere debet, cauebitq; ne his nervis,
aut nimium laxatis, aut omnino ru-
ptis, corpus Reipublice eneruetur, ac
paulatim concidat, Hac enim de cau-
sa legi præficitur magistratus ut cu-
stos, qui ut anima in corpore, ita ipse
in republica neruorum iusticie mo-
derator sit, Membra autem que no-
lunt se his nervis regi, aut corrigat
magistratus, aut si se corrigi non pati-
untur, de corpore abscissa abiiciat, ac
imitetur sapientes medicos, qui mem-
bra hominis que sana sunt, bona ui-
ctus ratione, atq; alijs legibus ad con-
seruandam sanitatem spectantibus,
conseruant, affecta autem curant si
possunt, at ea, que medicina non emē-
dantur, sed putrescunt magis, abscin-
dunt, ne contagione sua, sana paula-
tim inficiant membra, donec totum
corpus

EPISTOLA

corpus infectum collabatur, Huc respexit Poëta cum diceret:

*sed immedicabile uulnus
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.*

Et illud:

*Morbida facta pecus totum corrumpit ouile,
Ne maculet alias est separanda grege.*

Romani cum inter plebem & Patres dissensiones ortas, legibus à Romulo latis componere nequirēt; tres legatos in Græciam miserunt, hoc mandato, ut leges Solonis describerent, & mores & instituta reliquæ Græciæ cognoscerēt, ut uel isto pacto componi status ciuitatis Romanæ, exemplo Græcorum posset. Postquam autem gnauiter negotium à legatis transactum esset, proximo anno redierunt, creatiq; sunt Decemuires legum ferendarū, qui primum decem tabulas iuris ciuiliis Romæ scripserunt, deinde addiderunt duas, approbatæq; sunt omnes comitijs Centuriatis, atq; hæ sunt nobilissimæ leges, quæ dicuntur

tur duod
etenim i
uiribus q
norum m
diam ciu
ciuitatem
quam mo

Huc pe
dam Plaut
uirginem
tum tibi ui
det illa, si in
cre munitu
culatus ex u
Quarta inu
Sexta obtre
um. Octau
iuria. Dec
gressu, scel
centuplex
rum est. H
ut iusticia
tur in offi
uis uelut

DEDICATORIA.

tur duodecim tabularum. Sapienter
etenim iudicarunt Romani, non tam
uiribus quam bonis legibus, quæ bo
norum morum sunt normæ, concor
diam ciuium ali foueriq̃, atq̃ adeo
ciuitatem ipsam non tam muris,
quam moribus muniri.

Huc pertinet festiuissimum quod
dam Plauti dictum: rogat hisce uerbis
uirginem Sagaristio seruus, ut muni
tum tibi uisum est oppidum: respon
det illa, si incolæ bene sunt morati, pul
cre munitum arbitror: perfidia & pe
culatus ex urbe & auaricia si exulant:
Quarta inuidia. Quinta ambitio.
Sexta obtrectatio. Septima periuri
um. Octaua indiligentia. Nona iu
iuria. Decima, quod pessimum ag
gressu, scelus. Hæc nisi inde aberunt,
centuplex murus rebus seruandis pa
rum est. Huc proinde leges pertinēt,
ut iusticiæ norma homines retinean
tur in officio, & inter sese iusticiæ ner
uis ueluti colligantur. Quare Scia

A 4 pio

EPISTOLA

pio præclarè dicit, tunc esse Rempubli-
cam, hoc est, rem populi, cum bene ac
iustè geritur: geritur autem tum de-
mum bene ac iustè, cum iuxta iusti-
ciæ normas, hoc est, leges uiuitur, huc
& illud Ennii:

Moribus antiquis res stat Romana uirisq:
sentit enim grauissimus Poëta, mo-
rum probitate iuxta legem præscri-
ptum, & fortitudine animorum con-
stare reipublicæ incolumitatem.

Etsi autem omnes fani unā nobis-
cum fatètur unam iusticiam esse, quæ
domos, quæ ciuitates, quæ prouinci-
as, quæ regna conseruat: (Nam Car-
neadem, qui disputandi gratia iniusti-
cia conseruari rempublicam affirma-
uit, & Romanos qui antiquum illud
dictum, quod ex Plutarcho suprâ ad-
duximus inuerterunt, dixeruntq̃, Si-
ne iniuria rempublicam regi non pos-
se, contemnendos iudico, ille enim a-
cuminis laudem in defendendis con-
trarijs sententijs quærebat, hi autem
respexerunt ad initium Romanæ rei-
publi-

publica
bant, si
est, si ali
deund
Tamen
ne, no
Nam ut
natura t
ne homi
am senten
firmare u
pè iustici
non sit eac
nam alios
bus extra
apud Plat
stum, opin
tura, cont
recitat. Ca
pium, Sar
statuunt
suorum
sue hui
ses ut i
detesta

DEDICATORIA.

publicæ, nam isto dicto falsè signifi-
cānt, si iusti uelint esse Romani, hoc
est, si aliena restituant, ad casas esse re-
deundum, & in miserijs tabescendū)
Tamen fuerunt, qui de iusticiæ origi-
ne, non eodem modo iudicarunt.
Nam ut ex Platone constat, alij iustū
natura talem esse, alij tantum opinio-
ne hominum disputarunt, atq; hi sus-
tam sententiam ex eo potissimum con-
firmare uidebātur, quòd lex, quam se-
pè iusticię normā esse testati sumus,
non sit eadem ubiq; & apud omnes,
nam alios populos, alijs uiuere legi-
bus extra controuersiam est. Minos
apud Platonem, quo confirmet ius-
tum, opinione iustum esse & non na-
tura, contrariarum legū hęc exempla
recitat, Carchedonij, ut legitimum &
pium, Saturno litare liberos suos lege
stituit, Lycienses lege coacti patria,
iuuorum mortuorum funera domi-
sue humanant. Sed utrunq; Atheniens-
es ut illegitimum & impium rectè
detestantur, immo lege contraria ca-

A 5 uent,

EPISTOLA

uent, ne quis uel liberos suos litet Sa-
turno, uel mortuum domi sepeliat.
Adduci possent multa, non barbaræ
impietatis exempla, de legibus con-
trañs, quæ confirmare eorum senten-
tiam uidentur, qui dicunt iustum
non natura sed opinione talem esse.

Verum horum sententiam falsissi-
mam esse sapienter disputat Socrates
Platonicus, hic enim affirmat iusta, iu-
sta esse, & honesta, honesta: & contra
iniusta iniusta, & turpia, turpia: idc̄q̄
ubic̄q̄ & apud omnes homines, & de-
finit legem non esse opinionem ho-
minum, sed τὸ ὄντως εὐρισκίμ, hoc est, ue-
ritatis inuentionem. Nam ea demum
lex, legis nomen ritè sortitur, quæ
non solum autoritatem principum
& magistratus habet, uerum etiam
(idc̄q̄ multo magis) ratione firma &
immota nititur.

Hæc ratio aliunde peti non debet,
quam ex duobus, nempe, ex natura
ipsa, & fine legis, In natura ipsa sunt
femi-

semina
terea iu
iniustis
his sem
stinant
aberran
omnia
ges isto
rentur
rannor
cita.

Imper
fanciuit
habere u
plectebat
lata iusta
lex non r
est, non p
dit ad inc
aberrant
quam leg
bet, sed
coenū di
causa tu
quam u

DEDICATORIA.

semina quædam iusti & honesti, præ-
terea iudicium, quo iusta & honesta
iniustis & turpibus præferantur. Ex
his seminibus oriuntur leges, quæ de-
stinantur incolumitati reipublice, nõ
aberranti ab ultimo fine, ad quem
omnia referri oportet. Quæcunq; le-
ges isto pacto sunt extractæ, solè me-
rentur leges dici, & non quævis Ty-
rannorum decreta aut potentum pla-
cita.

Imperator quidam legem tulit, qua
fanciuit licere uni marito simul duas
habere uxores, hanc legem multi am-
plectebantur, parum solíciti de legis-
latæ iusta ratione, uerum, quia hæc
lex non manet intra iustas metas, hoc
est, non proficiscitur à natura, & ten-
dit ad incolumitatem reipublice, non
aberrantem ab ultimo fine, nequas
quam legis nomine digna censerí de-
bet, sed potius turpissimæ libidinis
cœnũ dicenda est. Neq; enim alia de
causa tulit hanc legem Imperator iste,
quam ut legis prætextu suam tegeret
libidi-

EPISTOLA

libidinem. Quicumque ergo isti impuro decreto obtemperarunt, non excusantur Imperatoris autoritate, sed à lege naturæ, quæ est & Dei, damnantur. Nam & à natura aberrarunt, & Deum naturæ opificem contemserunt ingrati.

Quocirca in qualibet lege ratio, quam dixi, diligenter spectanda est: ad quam cum lex congruit à magistratu legitimo lata, iustum censebitur quicquid secundum legem latam fit, contra iniustum, quod contra legem committitur, neque hoc opinione iustum aut iniustum estimandum est, sed natura & reuera. Sed de hac quaestione copiosius suo dicetur loco.

Hæc diligentia reuocandi leges, iuxta quas uiuere in hac humana societate nos decet, ad suam originem & proprium finem, digna est imprimis bonis uiris. Nā huius rei obseruatio non solum amorē in placidis naturis erga leges excitat, uerum etiā alium
iucun

iucun
enim
quã
mam
res, su
rim ta
minim
à iusta
Pau
thodi
dem, qu
nouerit
uitio nat
rum uic
agnoscer
agende
ram hur
post laps
tura reli
cogitati
legum
quæda
H
me im

DEDICATORIA.

iucundissimum fructum habet. Quid enim quæso iucundius esse potest, quàm uideri methodum pulcherrimam, quam sequuti sapientes ueteres, suas leges extruxerunt: ut interim taceam, non parum esse, ubi uel minimum deflexerint legumlatores à iusta legum ratione, perspicere.

Paulus fatetur gentes huius methodi ductu eò peruenisse, quòd eadem, quæ Deus sua lege proponit, agnouerint: etsi ab agnita hac noticia, uitio naturali & consuetudine malorum uicti postea aberrarunt. Quare agnoscenda est hæc lux, & gratiæ Deo agendæ sunt, quòd ipse hac luce naturam humanam ornauerit, ac etiam post lapsum igniculos quosdam in natura reliquerit, qui dum excitantur cogitatione pulcherrima uirtutum ac legum harmonia, & ueluti ædificatio quædam agnoscitur.

Huius rei dignissima admiratio me impulit, ut de fonte legum, quem
legum

EPISTOLA

legem naturæ usitate uocamus, non
nulla scriberem; idque methodo certa
& Philosophica, quò initia, progres-
sus, metę et regressus clarę conspiciā-
tur, uidemus omnes artes suis metho-
dis esse comprehensas, ut Grammatica,
Dialectica, Geometria, Arithmetica,
Musica, Physica, atque alia, et quæli-
bet ars ut magis perspicua est scripta
methodo, ita & in admiratione est ma-
iori. Medici etsi sua axiomata à Physi-
ca mutuuntur; tamen non postremas
laudes ob artis suę methodum me-
rentur. Habent & leges ciuiles suam
methodum, quibus axiomata suppe-
ditat Philosophia moralis.

Etsi autem multi, cum Poëtæ (ut
Pythagoras, Theognis, Phocylides,
Cato, alijque non pauci) tum Philoso-
phi (ut Plato, Aristoteles, Plutarchus,
Cicero) præcepta morum tradide-
runt, ac nostra ætate Philippus Me-
lanthon (cuius sanctissimi uiri decus,
nec uiperina multorum ingratitude,
nec

nec occ
apertæ
scurabu
moralis
psit: nul
hæc ele
am pro
nobilissi
quod sa
isset diff
inde con
tractare
quam no

Sunt f
fuisse ea qu
cuntur, ad
nihil aliud
quod eade
re conatur
qui Diale
runt meth
quædam
An
multa pr

DEDICATORIA.

nec occulte maleuolorum insidie nec
apertæ aduersariorum calumniæ ob-
scurabunt unquam) de Philosophia
morali sapientissimè & utilissimè scri-
psit; nullus tamen adhuc, quod sciam,
hæc elementa tradidit, & ostendit uir-
am progressus demonstratiui in hac
nobilissima naturæ, ut ita dicam, arte,
quod sane summis illis uiris haud fu-
isset difficile, si naturæ principia, & in-
inde conclusionum extructiones, ea
tractare methodo proposuissent,
quam nos sequimur.

Sunt fortè qui dicent, non opus
fuisse ea quæ natura omnibus nota di-
cuntur, ad artis limites reuocare. His
nihil aliud responsum uolo, quam
quod eadem ratione possint improba-
re conatum maximorum hominum,
qui Dialecticam ad certam reuoca-
runt methodum, nam & ea, particula
quædam legis naturæ est.

An non (inquier) de hac lege
multa præclarè in Platone, Aristotele,
Xenoa

EPISTOLA

Xenophonte, Plutarcho, Cicerone et alijs leguntur: hoc quidem uerissimum esse fateor, sed eorum nullus ea ad certam & iustam eamq; uniuersalem methodum reuocauit, quæ sparsim in illorum scriptis leguntur: quod equidem tentandum saltem iudicauit, sperans bonos uiros non improbaturos esse hunc meum conatum, præsertim cum cupiã prodesse studijs iuuentutis. Non enim dubito & summẽ utile & periucũdum fore moralis Philosophiæ studiosis, uidere initia, progressus, ac metas legis nature: considerare principia, ac ueluti elementa axiomaticum moralis Philosophiæ, ex quibus hypotheses innumeræ, adhibita Philosophica apodixi, in legibus politicis et Oeconomicis extruuntur: obseruare syntheses & analyses demonstrationum: perspicere qua uia omnia iura & omnes leges ad suos fontes reuocari possint.

Hinc etiam futurum spero, ut non amplius Ethicæ ac iurisprudentiæ studio

studiosi,
tumelia
moribus
se, uideb
nus legi
tui euid
quã ar
solam d
contend
Etiã a
tes in Eu
iuxta om
triplici de
tur Euclid
ponit, ab
ad princip
γωγῆ εἰς ἀ
rum collig
tendo, n
dentes el
entia der
Euclide
claris sc
hoc libel
thodum,

DEDICATORIA.

studiosi, ferant istam quorundam contumeliam, qui negant doctrinam de moribus & legibus demonstrari posse, uidebunt enim clarissimè non minus legis naturæ conclusiones destitui eidentibus demonstrationibus, quàm artem Euclidis, quam quidam solam demonstrationibus niti, falso contendunt.

Etsi autem fatendum est euidentibus in Euclide demonstrationes esse, iuxta omnes demonstrandi uias, nam triplici demonstrandi methodo utitur Euclides, alias enim synthesi componit, alias analysi hypotheses ad ad principia reuocat, haud rarò ἐκ τῆς ἀδύνατον, ut ex absurdo uerum colligat, utitur tamen iustè contendendo, non minus ἐναργῆς & euidentes esse in hac nostra naturæ scientia demonstrandi uias, quàm in Euclide aut alijs nobilibus & præclaris scientijs. Has uias conor in hoc libello patefacere & ad artis methodum, naturæ legem reuocare, id est

B eo

EPISTOLA

eo consilio, ut hæc Philosophiæ pars aliquo modo illustretur, quam oporteret omnibus esse notissimam.

Porro ne quis me accuset tanquam hominem, qui suam, iuxta proverbum, falcem in alienam mittat messem, hæc est mea defensio. Epistola Pauli ad Romanos superiori anno erat mihi enarranda, in qua quia Apostolus legem naturæ appellat veritatem, & ius Dei gentibus notum, quod ipsæ ostendunt operibus suis unâ testimonium reddente eorum conscientia; putavi operæ precium esse, quæ nam sit istius legis vis explicare, & ne proluxa commentatione interrūperem prælectionem Paulinam, cœpi seorsim hanc de lege naturæ methodum colligere, utinam tanto cum fructu, quanto cum labore.

Cæterum quod hanc legis naturæ methodum sub tuo nomine, clarissime uir, in publicum prodire uolui, duas

Iui, duas
detur, in
est, quod
titudinet
re, qui
reri, &
ri prop
& nemi
gulari be
complex
renegoci
cuparis.
cas, (quæ
nos agim
dissecta &
corporis
untio legi
aliq aliq
Sed prop
quibus a
erant) a
conaris,
hareant
foli pru
hic requ

DEDICATORIA.

Iui, duas habeo, ut mihi quidem uis-
detur, iustissimas causas. Harum una
est, quod cupiam aliquo signo gra-
titudinem animi mei erga te declara-
re, qui ut de omnibus optimè me-
rerì, & quod Cicero dicit boni uir-
ri proprium esse, omnibus prodesse
& nemini nocere studes: ita me sin-
gulari beneuolentia multos annos es
complexus. Altera, quod in simili fe-
re negocio iam longo tempore oc-
cuparis. Nam leges nostras Dani-
cas, (quæ sunt legis naturæ, de qua
nos agimus hypotheses quædam) ut
dissiecta & ueluti dissipata quædam
corporis membra (quod sane non
uitio legislatorum accidit, quorum
alij alijs nationibus tulerunt leges,
Sed propter uarietatem populorum
quibus aliæ atque aliæ leges ferendæ
erant) ad iustum corpus reuocare
conaris, quò singula apto nexu co-
hæreant: hoc quàm operosum sit,
soli prudentes intelligunt. Nam
hic requiritur non tam labor trans-

B 2 scribens

EPISTOLA DEDICAT.

transcribendi, qui sane in ista re mi-
nimus est, quàm singularis prudentia
in collatione legum diuersarum na-
tionum, quò obscuriores illustrentur
clarioribus; & quæ uidentur propter
breuitatem mutilæ, compleantur per-
fectioribus; & quæ parum apto or-
dine hæcenus legi uidebantur, resti-
tuantur suis locis; quò unum syste-
ma iuris Danici habeatur, singulis
reuocatis ad legum fontem ac pro-
prium finem, quem unicum spectant
& uolunt sanctæ leges. Oro Deum
Patrem Domini nostri Iesu Christi,
ut tibi in hoc arduo & utilissimo la-
bore adsit, ac uires largiatur, quo tan-
dem incœpto operi finem letum im-
ponas. Vale Mecœnas optime,
anima, corpore & spiritu integer.

Haffnia, anno 1562, &
Mense Maio.

PRAE

PRAE
LE



esse natos, na
constitutum
sapiens, hon
ad belinas
dum Epicure
denter blater
petenda, quo
homines san
maduertunt.

Nam cu
tia mente
& facultat
turpia præ
expetat, ha

11
PRÆFATIO AD
LECTOREM.



ICERO SAPIENTER
& rectè dicit: nihil præ-
stabilius esse quàm planè
intelligi nos ad iusticiam
esse natos, neque opinione, sed natura
constitutum esse ius. Vidit enim vir
sapiens, hominem non esse conditum
ad beluinas voluptates, quemadmo-
dum Epicurea schola impiè & impu-
denter blateravit, Sed ea potius ex-
petenda, quorum igniculos quosdam
homines sani in se esse reconditos ani-
maduertunt.

Nam cùm homo reliqua animan-
tia mente & intelligentia excellat,
& facultate discernendi honesta &
turpia præditus sit, vt illa quidem
expetat, hæc verò auersetur, idq; na-

B 3 turæ

P R Æ F A T I O.

tura instinctu, necesse est fateri aliam homini finem esse propositum, quam cæteris animantibus, quæ mente, & intelligentia ac proæresi destituuntur.

Ut autem ad huius finis, qui est proprius hominis, contemplationem ac amorem suos discipulos veteres Philosophi excitarent, Delphicum illud, (quod pro foribus templi Apollinis Delphici Amphictyones scripsere) Γνωθι σεαυτὸν, ipsis commendârunt, quo sanè dicto uoluerunt unumquemq; sui admoneri officij: quod his versibus expressit Menander: Γνωθι σεαυτὸν ὄψιν, ἄρ τὰ πράγματα ἴδης τὰ σεαυτὸν καὶ τί σοι ποικτέον: nosce te ipsum est, si res intueare tuas, & quid faciendum sit tibi. Nam qui seipsum benè norit (ut ait Cicero) primùm aliquid se habere sentiet diuinum, ingeniumq; in se
 suum

suum qua
 catum, tan
 dignum al
 & cum se
 tentarit, i
 natura su
 quantâ que
 tinendam
 am, quoni
 um, quasi
 animo ac m
 lustratus fa
 rum, & ob
 se beatum f
 Ad hæc
 lud Delphi
 rendum es
 sit diuinit
 ciat ac sen
 posita illi
 rit secutu

P R Æ F A T I O.

*suum quasi simulacrum aliquod dedi-
catum, tanto munere Deorum semper
dignum aliquid & faciet & sentiet,
& cum se ipse perspexerit, totumque
tentarit, intelliget, quemadmodum à
natura subornatus in vitam venerit,
quantà que instrumenta habeat ad ob-
tinendam, adipiscendamque scienti-
am, quoniam principio rerum omni-
um, quasi adumbratas intelligentias
animo ac mente conceperit, quibus il-
lustratus sapientia duce bonum vi-
rum, & ob eam ipsam causam cernat
se beatum fore.*

*Ad hæc ergo tria, Oraculum il-
lud Delphicum, Nosce te ipsum, refe-
rendum est: ut homo cogitet, quibus
sit diuinitus ornatus dotibus: quid fa-
ciat ac sentiat: quòd beatitudo sit pro-
posita illi, qui ducem Naturam fue-
rit secutus. Nam hoc persuasum esse*

B 4 debet

P R Æ F A T I O .

debet omnibus, dominum esse omnium rerum ac moderatorem DEum, eaque quæ geruntur, eius geri ditio-
ne ac numine, eumq; optimè de genere humano mereri, & qualis quisque sit, quid agat, & quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religionem, intueri, piorumq; & impiorum habere rationem, vt illis quidem beatam immortalitatem, his verò supplicia merita tribuat, sicut Cicero & Plato in multis locis argutius sanè quàm vtilius disputant. Nam nec vulnus naturæ intellexerunt, nec remedium inuenerunt: vtrumq; Deus Ecclesie sua voce patefecit.

Cùm enim Cicero lumine naturæ vidit hominem naturalibus facultatibus eligendi bonum, & verum inquirendi præditum esse, quibus veluti ducibus duceretur ad beatitudinem,

¶

¶ tamen
mano hor
pleriq; om
ruant in h
dini hoc ta
hec verba
corruptela
ea tanquam
natura dat
turq; contra
lum referu
Deam, qua
mortalium
mittere, vo
pijs hoc Pro
quit: Pro
Virtutem
cedit obsc
rectam v
mentibus
Deos aut

P R A E F A T I O .

Et tamen conspexit in toto genere hu-
 mano horrendam ἀταξίαν, adeò quòd
 pleriq; omnes contra mentis iudicium
 ruant in horrenda scelera, consuetu-
 dini hoc tantum malum imputavit, in
 hæc verba exclamans: Tanta est
 corruptela malæ consuetudinis, ut ab
 ea tanquàm igniculi extinguantur à
 natura dati, exoriantur confirmen-
 turq; contraria vitia. Poëtæ hoc ma-
 lum referunt ad malum genium, seu
 Deam, quam ἄτλω, eò quòd rebus
 mortalium noxas et turbas soleat im-
 mittere, vocant. Pindarus in Olym-
 pijs hoc Prometheo asscribit, cùm in-
 quit: Prometheus adfert hominibus
 virtutem & lætitiã, Sed tamen ac-
 cedit obscura nubes obliuionis, &
 rectã viã negotiorum aufert à
 mentibus. In Pythijs hoc malum ad
 Deos autores refert, inquiens: Iuxta

P R Æ F A T I O.

Unum bonum duo incommoda dii tribuunt hominibus: At verbum Dei non consuetudini, non obliuioni, non Dijs, non fortunæ: sed Adamo transgredienti mandatum Dei hoc malum imputat, contra quod semen mulieris, vt salutare remedium, promissum est & exhibitum.

Quapropter nos Deo gratias agamus qui vulnus naturæ, & vnde sit indicat, & remedium salutare gratuitò offert.

Verùm cum iam natura vitiata sit, & nemo ad veram sapientiam & beatitudinem venire possit duce natura, videtur quòd frustra de ea suscipiatur disputatio, ad hoc ita responsum volo. Primum dignum est studioso homine, videre quidnam sit illud, quod Paulus vocat nunc Veritatem Dei, nunc $\delta\iota\kappa\alpha\iota\omega\sigma\mu\alpha$ & $\delta\epsilon\omicron\upsilon$, quod
notum

notum ge
intelligat
possit.
animadu
quibusq;
tur doctri
cæ, quib
aere care
Nam qui
traditur,
indicand
quit Cicero
rali norma
Consti
de lege nat
vt exciten
naturæ op
strante n
ctiones a
sit: veri
gatur A

P R Æ F A T I O.

notum gentibus esse prædicat, utque intelligatur quousque ratio progredi possit. Deinde pulcherrimum est animadvertere, ex quibus principijs quibusq; demonstrationibus extruatur doctrina morum & leges politicae, quibus non magis quam igni & aëre carere potest humana societas. Nam quicquid in ethicis, & legibus traditur, hoc norma legis naturæ diiudicandum est. Nam, ut rectè inquit Cicero, Lex bona à mala naturali norma diuiditur.

Constitui igitur pauca quædam de lege naturæ colligere, non solum ut excitemur ad gratitudinem erga naturæ opificem, intelligamusq; monstrante natura, quò omnes nostræ actiones adeoque tota vita referenda sit: verum etiam ut rectius intelligatur Apostolus, qui dicit: Gentes
osten-

P R Æ F A T I O .

ostendere opus legis scriptum in cordibus suis .

Vt autem certam doctrinae methodum sequamur in huius rei explanatione, visa est nobis commodissima ea, quæ analysis à Galeno dicitur.

Nam primum rem vniuersam in definitione tanquam in fasciculo intra transfennas comprehensam & conuolutam proponam .

Deinde eandem explicaturus, analysin instituem eorū membrorum, quæ breuiter in definitionis veluti corpore coniunguntur, in qua analysi conspicietur naturæ vis, & præter alia multa, quisnam finis sit hominis, quæ principia & hypotheses legis naturæ, vnde moralis Philosophia & iuris scientia tanquam ex fonte deducitur, adhibita Philosophiæ amussim, quæ est demonstratio : ad hæc, quæ præ-

premia
& quæ
His exp
cem illa
extruan
tenus le
gruat, &
pet.
Huc
subijciam
autoribus
naturæ le
his omni
legis nat
scientia e
etiam no
do me e
ræ, quæ
detur,
exhibea
bis assis

P R Æ F A T I O.

præmia sint seruata naturæ normæ,
 & quæ pœnæ violatæ, explicabitur.
 His explicatis addam, quomodo de-
 cem illæ leges, ex principijs practicis
 extruantur & concludantur, & qua-
 tenus lex naturæ cum diuina con-
 gruat, & quatenus ab eadem discre-
 pet.

Huc quoq; virtutum catalogum
 subijciam, cum sententijs ex optimis
 autoribus desumptis, & quomodo ex
 naturæ lege fluant, demonstrabo, In
 his omnibus conspicietur finis et vsus
 legis naturæ. Postremò, quia con-
 scientia est legis naturæ testis, de ea
 etiam nonnulla dicam. Hac metho-
 do me effecturum spero, vt lex natu-
 ræ, quæ delitescere quodammodo vi-
 detur, se contemplandam illustrius
 exhibeat. Deus naturæ autor sua no-
 bis assistat gratia.

DE

50

DE LEGE NATURÆ.

Priusquam autem absolutam definitionem legis naturæ tradam, nonnulla dicenda uidentur, quæ ad nominis rationem pertinere uidebuntur. Sæpè enim vera nominis explicatio, multum lucis adfert toti de re aliqua susceptæ disputationi.

Ut itaq; lex Græco nomine (ut Platoni & Ciceroni placet) ex eo dicitur, quod suum cuiq; tribuat : Sic Latino ab eligendo appellatur, illud ad finem legis nempe iusticiam, hoc ad consilij facultatem & eligendi potestatem refertur. Ut lex sit, quæ non solum quid singulis tribuendum sit doceat : Verumetiam normam tradat de eligendis iustis. & fugiendis contrarijs. Debet itaque lex omnis com=
men=

DE
mendatrix
vitiatorum
Natu
loco, quo
qua nobis
cum dicitur
alia esse qu
ne prior, b
rationem,
causa sit ha
stat. Dein
quædam, q
dicatur, hoc
tia quæ vir
pia in vity
Hanc
mentibus
umitus, e
cesse est.
sophis, &
um testat

*mendatrix virtutum & emendatrix
vitiorum esse.*

*Naturæ nomen ponitur epitheti
loco, quo monstratur legis huius, de
qua nobis est sermo, forma. Nam
cum dicitur lex naturæ, significatur
alia esse quàm scripta: Vt illa ordi-
ne prior, hæc posterior sit: illa fontis
rationem, hæc rivulorum habeat: illa
causa sit huius, hæc illius effectus exi-
stat. Deinde naturæ vocabulo vis
quædam, quæ omni homini inest, in-
dicatur, hoc est, communis intelligen-
tia quæ virtutes in honestis, & tur-
pia in vitijs ponit.*

*Hanc naturæ legem qui negat
mentibus hominum impressam esse di-
vinitus, eum cum seipso dissidere ne-
cesse est. Nam cum summis Philo-
sophis, & Apostolo Paulo contrari-
um testatur omnium hominum con-
scientia,*

DE LEGE

scientia, de qua re postea suo loco plura dicenda sunt.

Hæc naturæ lex varijs nominibus (quæ ad eius vim intelligendam faciunt) à Philosophis appellatur. Cicero eam vocat, nunc ius naturæ, propterea quòd humanis mentibus naturaliter impressa sit : nunc ius gentium, quia omnibus hominibus latè per orbem sparsis, eadem est, Nam non vt oratio, ita ratio apud homines variat : Nunc ius diuinum, eò quòd Deus huius legis sit autor: quam ob causam Paulus etiam naturæ legem vocat veritatem & ius Dei, vt supra admonuimus. Interdum Ius æternum, idq; ea de causa, quòd eius norma sit constans & perpetua, de qua re idem autor in oratione pro Milone in hunc modum loquitur: Est enim hæc (inquit) non scripta, sed
nata

nata lex
pinus,
ipsa arri
mus, ad q
instituti,
Soph
cùm lege
in qdâ de
pta, firm
legitima,
mortalium
Aristo
nunc diuina
lex scripta
terdum
as voces C
illa, quam
runt, est
licet radi
in mente
elegantè

NATURÆ.

nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.

Sophocles hoc ipsum comprobat, cum leges naturæ vocat ἀγραπτα καὶ ἀσφαλιῆ δεῶν νόμιμα, hoc est, non scripta, firma tamen & solida Deorum legitima, ut quæ nemini unquam mortalium violare fas sit.

Aristoteles eandem legem vocat nunc δικαιοσύνην ἔμφυτον, ex quo omnis lex scripta vim suam mutuatur, interdum λόγον, interdum νοῦν, quas duas voces Cicero coniungens ait: lex illa, quam Diij humano generi dederunt, est ratio mensq; sapientis, videlicet radius quidam diuinæ iusticiæ in mente lucens, id quod Euripides eleganter expressit his verbis: Tanta

C lux

DE LEGE

lux (inquit) de cælo nobis affulsit, ut
etiam Hespero Luciferoq; splendidi-
or sit: quæ verò huic aduersantur è
profundis emersere tenebris.

Demosthenes legem dicit εὐρημα
καὶ δῶρον θεῶν, inuentum & donum
Deorum, quod sanè tum demum de
lege scripta dici potest, quando lex
scripta lege naturæ ut fundamento
nititur.

Quæ hætenus diximus, medio-
criter nobis rationem nominis expli-
cant: Nunc ut nobis viam sternamus
ad iustam definitionem, quasdam bre-
ues legis naturæ ἀποδόσεις & assigna-
tiones adijciam.

Primum itaque occurrit illa Ci-
ceronis: Lex naturæ, est ratio sum-
ma insita in natura, quæ iubet ea quæ
facienda sunt, prohibetq; contraria.
Summa ratio dicitur, quia à diuina
mente

mente
prohiben
humana
tio. Qui
dicitur,
tura, nat
Alia
naturæ e
tentia D
pressa, qu
quæ fuger
discrimin
ut illa qui
caueantur
iustam d
colligam,
Le
pressa m
ta, princ
nis, atq;
pys demo

NATVRA.

mente profecta, æterna imperandi
prohibendique norma est, hoc est, in
humana mente lucens rectè agendi ra-
tio. Quia ergo iubet & prohibet, lex
dicitur, & quoniam insita est in na-
tura, naturalis cognominatur.

Alius quidam ita definit: Lex
naturæ est certa & indubitata sen-
tentia Dei, mentibus hominum im-
pressa, qua docemur, quæ facere, &
quæ fugere oportet, hoc est, noticia
discriminis honestorum & turpium,
vt illa quidem expetantur, hæc verò
caueantur. His ita breuiter notatis
iustam definitionem & absolutam
colligam, hoc modo:

Lex naturæ est diuinitus im-
pressa mentibus hominum noticia cer-
ta, principiorum cognitionis & actio-
nis, atq; conclusionum ex istis princi-
pijs demonstratarum proprio fini ho-

C 2 minis

DE LEGE

minis congruentium, quas ex principijs necessaria consequentia ad humanæ vitæ gubernationem extruit ratio, ut homo ea quæ recta sunt cognoscat, velit, eligat, agat, vitetque contraria, quorum omnium & testis & iudex conscientia hominibus diuinitus est attributa.

Hæc plenior definitio plurima continet, quibus explicatis patebit quàm latè se extendat naturæ vis in hominibus, quantum quidem ad expetenda & fugienda attinet. Nam de his tantum instituta est nostra oratio, non de singulis motibus & proprietatibus in animantibus. Quemadmodum itaq; proposui, singula definitionis membra, eo quo proposita sunt ordine persequar, & veluti anatomiam quandam instituem, quò omnia distinctius & clarius percipiantur.

Primum

Pr
memini
ipsam a
eam me
sit tanq
mentis
supra al
tum, qua
tura orig
dicabo.

Prim
re origo
autoritate
enim non
autorem
neat.

Den
nos, quo
gem fit
legis vic
verumet

N A T V R Æ.

Primum itaque definitio nostra meminit originis legis naturæ, & ipsam ad Deum refert autorem, qui eam mentibus humanis impressit, ut sit tanquam radius quidam diuinæ mentis & sapientiæ. Verum quia hoc supra aliquoties dictum est, hîc tantum, quarum rerum nos hæc legis naturæ origo admoneat, breuissimè indicabo.

Primum itaque hæc legis naturæ origo nos commonefaciet de ipsius autoritate, dignitate, æquitate. Fieri enim non potest, quin quod DEUM autorem habet, istis omnibus emineat.

Deinde eadem origo admonebit nos, quòd ut quicquid iuxta hanc legem fit, rectè fiat: Ita omnis huius legis violatio non solum cum natura, verumetiam cum Deo ipso pugnare

C 3 Videat

DE LEGE

videatur. Quare admodum rectè veteribus Philosophis *θεομαχῆς* dicuntur, quicunque huius legis limites peruersè transgrediuntur: vnde & *θεόμαχοι*, qui lege hac spreta pro sua vixerunt libidine, dicti sunt.

Hic deploranda est humana peruersitas, primorum parentum lapsus sequuta. Nam inde effectū est, quòd tanta sit hominum aduersus hanc Dei legem contumacia & rebellio. Sol, Luna & astra omnia, diuinæ ordinationi obtemperant, & conficiunt, iuxta legem sibi impositam, suum cursum præfinito temporis spacio: homo in medio constitutus veluti speculator quissiam, solus contumaciæ reus peragitur, vt qui legi & ordinationi diuinæ non velit esse subiectus. Tanta est peruersitas, tanta contumacia hominum aduersus naturæ opificem.

De

De
quòd le
ta. Na
sunt op
tentia
possunt
petenda
ptiones,
ἐποχῆς
portet.
Prin
teriam, b
mus, de n
hensionis
melius in
Quon
efficitur
Omnium
ristotele
munis c
principi

De origine hæctenus: Sequitur quòd lex naturæ sit noticia eaq̄ certa. Nam normæ legis naturæ, neque sunt opinioniones ambiguae, neque sententiæ ἀκατάληκτοι, quæ percipi non possunt: Sed sunt firmæ rerum expectendarum & fugiendarum perceptiones, quas firma assensione ἀνθυ τῆς ἐποχῆς Academicorum amplecti oportet.

Priusquam autem ad noticiae materiam, hoc est, ad principia veniamus, de modo certitudinis & apprehensionis dicam nonnihil, quò reliqua melius intelligantur.

Quomodo itaque illa certitudo efficitur? Quæ apprehensionis ratio? Omnium primum hoc constat ex Aristotele (quod & ipse sensus communis conuincit) duo esse actionum principia, cognitionem & appeti-

C 4 tum,

DE LEGE

tum, illa rem percipit qualis sit, hic eandem aut sectatur aut fugit.

Est autem cognitio duplex, Vna sensitiva, altera intellectiva, quomodo utraq; fiat breuiter explicandum, ac primum de ea dicam, quæ est sensuum, & fit hoc modo.

Primum, obiectum mouet externum sensum, ut exempli causa, pulcritudo, visum: dulce, gustum: odorificum, olfactum: sonorum, auditum: molle, tactum: &c.

Deinde communis sensus, cuius sedes in cerebro est, ea quæ exterioribus sensibus offeruntur excipit, & eorum simulacra quaedam fingit.

Tum si temporis interuallum interponitur, eadem retinet memoria, quam confirmat & tuetur recordatio ac meditatio.

Hic

Hic in
placentem
luptuarian
petus fit ad
petite frui
Verum
recte ratio
sepissime pe
do, tum in f
animali, qu
sitiuam, sep
uersantur ap
ut ille brutu
quitur iudic
uersamur ap
sent reuera e
Est pro
obiecta sen
quæ fertur
quæ idem a
petimus an

Hic insurgit appetitus, qui rem placentem, utpote iucundam & voluptuariam, apprehendit, ex quo impetus fit ad actionem, seu ad rei expetitionem & usum.

Verum hic nisi legi naturæ seu rectæ rationi obtemperatum fuerit, sæpius peccatur, cum in expetendo, tum in fugiendo. Appetitu enim animali, qui sequitur cognitionem sensitivam, sæpè expetimus ea, quæ aduersantur appetitui rationis. Nam ut ille brutum, ita hic humanum sequitur iudicium: & rursus sæpè auersamur appetitu animali, quæ essent reuera expetenda.

Est proinde discernendum inter obiecta sensuum. Nam alia sunt, in quæ fertur animalis appetitus, alia quæ idem aspernatur & fugit. Apetimus autem sensu animali, quæ

C 5 grata

Hic

grata, iucunda & voluptuaria videntur, quæ vno nomine generali, voluptates dicuntur corporales. Nam sunt etiam animi voluptates, de quibus alio dicitur loco.

Corporalium voluptatum tres differentiae sunt: Nam aliae sunt naturales & necessariae simul: aliae sunt naturales & non necessariae: aliae nec naturales, nec necessariae. Qui in hac triplicia voluptatum genera sine discrimine & simili impetu abripitur, porcus est potius quam homo censendus. Quare qui rationem ducem sequi mauult, quam opulenti absque ratione, hoc teneat ac seruet discrimen.

Voluptas corporis naturalis & necessaria, cibi & potus est, ac vestimentorum. Hæc naturalis dicitur, quia natura expetitur, Necessaria, quia sine ea naturæ incolumitas conseruari

seruari ne
adhibenda
quæ natura
seruationem
lium exequ

Volupt
non necessa
est. Hæc
generis con
turalis exist
saria, quia
imo omnino
ratione & le
ratione gube
iure pro
nem fertur, n
minat.

Volupt
nec necessa
nis, comme
cessitatem

N A T U R A E.

seruari nequit. Verum hæc cautio
 adhibenda est, ut ijs contenti simus,
 quæ naturæ sufficiunt, ad ipsius con-
 seruationem, & functionum natura-
 lium exequutionem.

Voluptas corporis naturalis &
 non necessaria, rerum venerearum
 est. Hæc tametsi pertinet ad totius
 generis conseruationem, atq; ideò na-
 turalis existit: Tamen non est neces-
 saria, quia sapiens ea carere potest,
 imò omnino illicita iudicanda est, nisi
 ratione & lege gubernetur. Nam si
 ratione gubernatur, naturali & di-
 uino iure probatur: sin contra ratio-
 nem fertur, naturam fœdat & conta-
 minat.

Voluptas corporis nec naturalis
 nec necessaria, est ebrietatis, libidi-
 nis, commessationum, repletionum ne-
 cessitatem excedentium. Hæc non
 est

DE LEGE

est naturalis, quia naturam corrumpit: non necessaria, quia ea carere possumus. Hæc adeo à lege naturali abhorret, ut etiam bestiae multæ eam auersentur ac fugiant. Hanc igitur qui sequuntur, indignissimè faciunt. Nam se ipsos infra bestias miserrimè deiciunt.

Execrandus est itaq; Epicurus, qui in hoc voluptatis genere summum hominis bonum, atque adeo finem bonorum posuit: contra huius peruersissimum dogma, pugnat naturæ humanæ dignitas: pugnat facultatum animorum in hominibus eminentia: pugnat voluptatis, quam captat Epicureus, subiectum, obiectum, vilitas, communitas, vis & euentus: pugnat appetitus rationis et rectum in omnibus sanis hominibus iudicium: pugnat conscientia: pugnant omnium verè sapien-

sapientum
stantissimor
tum fami
lia: ut inte
caelesti. He
cile dispella
voluptatis E
na mancipia
qui sunt de g
quamus.

Hactenus
cundis, quæ
petere licet. I
quæ sensibus
& hæc non fa
quædam nat
perantes ad
cus impedi
cer, exilium
alia: Hæc
dum est, ut

N A T V R Æ.

sapientum suffragia, pugnant præstantissimorum virorum et excellentium fœminarum exempla laudabilia: Ut interim taceam de doctrina cœlesti. Hæ rationes sua claritate facile dispellunt fœtidos fumos, quos voluptatis Epicureæ misera & insana mancipia eructant. Quare porcis, qui sunt de grege Epicuri, eos relinquamus.

Hactenus de obiectis sensuum iucundis, quæ vel expetere vel non expetere licet. Iam alia obiecta restant, quæ sensibus sunt aspera & molesta, & hæc non sunt vnius generis. Nam quædam naturæ inimica sunt, et properantes ad scientiam & virtutis decus impediunt: ut sunt, morbus, carcer, exilium, paupertas & huiusmodi alia: Hæc si vitari nequeunt, conandum est, ut in ijs vel scintillula virtutis

DE LEGE

tutis luceat: quædam sunt sine quibus
 ad Palladis & virtutis arcem, hoc
 est, ad veri scientiam & virtutis iu-
 stam actionem nemini patet aditus,
 ut sunt studia, labores, summa dili-
 gentia & cura in obeundo commisso
 munere. Hæc tametsi aspera sunt:
 tamen non sunt fugienda, de quibus
 pulchrè Hesiodus, cum inquit: τῆς ἀρε-
 τῆς ἰδρῶτα θεοὶ προπάροισιν ἔθηκαν ἀθάνα-
 τοι, hoc est, Virtutem posuere Dy su-
 dore parandam. Et illud Epicharmi
 apud Xenophontem: τῶν πονῶν πωλῶ-
 σιν ἡμῖν τ' ἀγαθὰ πάντα οἱ θεοὶ. Labo-
 ribus nobis vendunt omnia bona Dy.
 Lucanus quoq; venustè ait: Serpens,
 sitis, ardor, arena, dulcia virtuti, gau-
 det patientia duris. Hoc etiam pul-
 cerrimè ostenditur in Semetis tabu-
 la: Idem quoque Xenophon ex Pro-
 dici commentarijs proposito paradig-
 mate

mate testat
 culem, cum
 apud se cog
 di viam &
 luptatè mne
 Videbat eni
 lem admodu
 tra virtutis
 Hæc cogit
 due magne
 dem una eleg
 & liberali mg
 ornauerat. E
 da, oculis ver
 vestitu candi
 sa & mollis
 curate com
 dem fucor n
 dior & rub
 set, videret
 posuit, ut e

N A T V R Æ .

mate testatur : Narrat enim Her-
 culem , cùm iam pubesceret , tacitè
 apud se cogitasse , quàmnam viuen-
 di viam & rationem sequeretur , vo-
 luptatè mne sectaretur an virtutem .
 Videbat enim voluptatis viam faci-
 lem admodum & valde tritam : con-
 trà virtutis asperam & difficilem .
 Hæc cogitanti Herculi apparent
 duæ magnæ mulieres : quarum qui-
 dem vna eleganti et honesta facie fuit
 & liberali ingenio , quam natura ipsa
 ornauerat . Erat enim corpore mun-
 da , oculis verecunda , gestu modesta ,
 vestitu candida . Altera verò carno-
 sa & mollis apparebat , præterea ac-
 curatè comta & ornata , cutem qui-
 dem fuco nitidam habuit , vt candi-
 dior & rubicundior , quàm reuera es-
 set , videretur , statum corporis com-
 posuit , vt erectior appareret , quàm
 natura

DE LEGE

natura ferret, oculis erat vagabundis
 & patentibus, vestis illi erat talis,
 ut ex ea venustas quædam reluce-
 ret, seipsam subinde respexit, & at-
 tendit etiam, num quisnam alius se
 contemplaretur, sæpenumerò præte-
 reà ad propriam vmbra respexit.

Hæ duæ mulieres cum propius
 Herculem accessissent, prior quidem
 illa eodem, quo cæperat, modo pergit.
 Altera verò præuenire cupiens, ac-
 currit ad Herculem, quem hac ora-
 tione affatur:

Video te, ô Hercules, dubitare
 ad quam viuendi viam te conuertas,
 si itaque me diligas, ad dulcissimam
 facilimamque te ducam viam: ut illis
 quidem quæ delectant aburdes, du-
 ris verò & molestis in vita careas.
 Nam primùm quidem neq. bellorum
 neque negotiorum curam habebis vl-
 lam:

lam: Sed
 cibum tibi
 as: ut quo
 lectabile su
 ditatibus v
 eteris: quo
 me dormias
 hæc omnia o
 re & molest
 cere, illa qua
 spicio oboria
 ne te ducam
 labore & ær
 tu potius vte
 bus sunt part
 de lucrum ad
 decumque et
 meis famili
 Hæc c
 mulier, inq
 At illa, me

lam: Sed illud potius spectabis, ut
 cibum tibi gratum ac potum inueni-
 as: ut quod visu, odoratu, tactu, de-
 lectabile sit percipias: quibus cupi-
 ditatibus usus, quàm maximè oble-
 teris: quòque pacto quàm mollissi-
 mè dormias, atque adeò qua ratione
 hæc omnia obtinere possis absq̃ labo-
 re & molestia, quòd si quando defi-
 cere, illa quibus hæc acquiruntur, su-
 spicio oboriat, non erit timendum,
 ne te ducam ad ista corporis animiq̃
 labore & ærumnis paranda: Sed illis
 tu potius uteris, quæ aliorum labori-
 bus sunt parta, à nullo abstinens, un-
 de lucrum aliquod sperari possit, un-
 decunque etenim captare commoda
 meis familiaribus permitto.

Hæc cum audisset Hercules, ô
 mulier, inquit, quod est tibi nomen?
 At illa, mei quidem amici, ait, feli-

D citatem

DE LEGE

citatem me appellant, at hostes inuidioso nomine με κακίας nominant.

Interea dum hæc dicerentur, altera mulier accedens, & ego, ait, ad te venio ô Hercules, noui tuos progenitores ac indolem in puerili instructione animaduerti, vnde spero, te, modò ad eam quæ ad me ducit viam, conuertaris, bonorum & honestorum operum fore sectatorem & cultorem, & me multò honorabiliorum, & bonorum expetendorum gratia videri illustriorem confido. Non fallam te voluptatis præmio, sed qualem rebus Dij contulere naturam, tibi verè narrabo. Nihil enim eorum, quæ bona atque honesta sunt, Dij dant hominibus sine labore & cura: Verùm si Deos tibi propicios esse velis, colendi sunt utique Dij: si ab amicis diligi optes, amicis est bene-

benefacien
tate hono
qua utilit
Gracia o
ne esse ve
benefacere
producat e
est: Si in
animus tibi
ra est habe
stis, clarus
dem à seru
Verò in seru
cæ artes dis
unt, & exce
lis uti rect
valere rob
tet, ut am
boribus e
Hic
ô Hercu

N A T V R Æ.

benefaciendum: Si à quapiam ciuitate honorari desideres, ciuitati aliqua vtilitas adferenda est: Si à tota Græcia ob virtutem in admiratione esse velis, conaberis toti Græciæ benefacere: Si vt tibi terra fructus producat expetas, terra tibi colenda est: Si iumentis diuitias acquirere animus tibi sit, iumentorum tibi cura est habenda: Si rebus in bello gestis, clarus haberi cupias, amicos quidem à seruitute liberando, inimicos verò in seruitutem redigendo, bellicæ artes discendæ sunt ab illis qui sciunt, & exerceri in eis oportet, vt illis vt rectè scias. Si velis corporis valere robore, corpus assuefieri oportet, vt animi consilio pareat, vtq; laboribus & sudoribus exerceatur.

Hic κακία interpellans, intelligis,
 ô Hercules, inquit, quàm asperam

D 2 &

DE LEGE

& longam viam ad voluptates &
 delicias, hæc mulier narret, & quàm
 facili ac breui via ego ad felicitatem
 te ducam. Ad hæc virtus respon-
 dens, ô misera inquit, quid boni tu
 habes, aut quid tibi suaue videri po-
 test: quæ nihil horum gratia vis age-
 re: nec suauium desiderium expe-
 ctas, Sed antequam te capit vllum
 desiderium, omnibus istis plena es, vt
 quæ ante famem comedis, ante sitim
 bibis, vt autem cum voluptate come-
 das, exquisitos paras tibi coquos: vt
 cum voluptate bibas, vina variâque
 & preciosa quæris, ac in æstate cir-
 cumiens hinc & illinc niuem quæri-
 tas: vt cum voluptate dormias non
 solum stratum molle substernis, sed
 etiam lectos & lecti subsellia paras:
 non enim labore defatigata, sed nihil
 quod agas habens, somnum expetis:
 vt

vt Vener
 erceas, om
 nec à foen
 tuos amico
 dem omni
 verò vtili
 absumant.
 à Dijs tam
 hominibus
 um auditu
 inquam au
 omnium iuc
 culum, præ
 Quis igitur
 Quis tibi in
 quis suæ co
 in tuo nume
 sunt in tuo
 debili sum
 to sunt an
 postquam

N A T V R Æ.

Ut Venerem, antequam opus est, ex-
erceas, omnia excogitas, nec à viris,
nec à foeminis abstinens: Sic enim
tuos amicos instituis, ut nocte qui-
dem omni turpitudini se dedant, diei
verò vtilissimam partem stertendo
absument. Etsi autem immortalis es,
à Dijs tamen es abiecta, & à bonis
homimibus contemneris, Quod omni-
um auditu iucundissimum est, tuam
unquam audisti laudem: nec quod
omnium iucundissimum est specta-
culum, præclara tua facta vidisti.
Quis igitur tibi dicenti crediderit?
Quis tibi indigenti opem tulerit? aut
quis suæ compos mentis sustinuerit
in tuo numerari sodalities? Nam qui
sunt in tuo sodalities, iuvenes quidem,
debili sunt corpore, senes verò stul-
to sunt animo & mente capti. Nam
postquam adolescentiam in otio &

D 3 delicijs

DE LEGE

delicijs transigerunt, senectutem multis laboribus & infirmitatibus contractam viuunt: quos vt pudet anteactæ vitæ, ita presentibus onusti malis grauantur, In iuuentute voluptatem sectantur, sed in senectute molestiam sibi reponunt. At ego familiarem consuetudinem habeo, & cum Dijs, & cum hominibus bonis: opus præclarum & honestum, neque à Dijs, neque ab hominibus fieri potest sine me: in maximo sum honore cum apud Deos, tum apud homines, quibus conuenit. Nam desiderata quidem cooperatrix artificibus sum: fida domorum dominis custos: beneuola ministris socia: adiutrix bona in laboribus pacis tempore, in bello firma auxiliatrix, optima amiciciæ conciliatrix: Ad hæc, meis necessarijs suauis, promptus cibi potusq; vsus est.

Expe-

Expectan
rant, Somn
sis conting
tur, inter
neq; propte
tet, neglig
laudantur
cum honore
cum summa
priscorum
quid præclar
lectantur, p
siderati ami
sunt. Cetera
nis aduener
sine honore
hominum c
In hunc m
ex bonis p
rando ex
tam conse

N A T V R Æ.

Expectant enim quousq; illa deside-
 rant, Somnus suavior illis, quàm otio-
 sis contingit, qui somno si destituun-
 tur, interdum haud molestè ferunt,
 neq; propter ipsum, quæ facere oportet,
 negligunt. Iuniores gaudent, dum
 laudantur senes. Seniores lætantur,
 cùm honorari vident iuniores. Ut
 cum summa voluptate, res gestas
 priscorum recolunt: Ita dum ipsi ali-
 quid præclarè agunt, non parum ob-
 lectantur, propter me Dijs cari, de-
 siderati amicis, honorabiles patriæ
 sunt. Cæterùm postquàm fatalis fi-
 nis aduenerit, non obliuioni traditi
 sine honoribus iacent: sed memoria
 hominum celebrati, æternùm florent.
 In hunc modum, ô Hercules, inquit,
 ex bonis parentibus nate, qui se labo-
 rando exercet, beatissimam felicita-
 tam consequi poterit.

D 4

Hunc

DE LEGE

Hunc pulcherrimum dialogum
 adscripsi, ut studiosi admoniti, colla-
 tis utrinque argumentis, se componant
 ad virtutis viam: ad quam, ut nemo
 peruenit unquam sine laboribus, ita
 voluptas corporis quæ in virtutum
 choro est veluti meretrix in matro-
 narum cætu, ab eadem reuocat. Non
 ergo sensu brutorum precipites rue-
 re nos decet in ea, quæ primo aspectu
 dulcia & iucunda videntur: Nam
 cum cognitio sensitiva, quæ est opus
 animæ sentientis, tantum retinet nos
 in ijs quæ sensibus arrident, nos con-
 trà cogitare debemus, quo animæ gra-
 du à bestijs distamus, non enim so-
 lum cum stirpibus crescimus & ve-
 getamur, & cum brutis animantibus
 sentimus, Verumetiam cum angelis
 mente præditi sumus, Quare quò
 mens nos vocet spectandum est.

Hæc

Hæc d
 appetitione
 dente: ian
 ua, & de a
 naturaliter
 am. Sunt e
 etionum vi
 intellectus a
 dirigens:
 tur, & est p
 us ad iudici
 finem bonor
 maxima sunt
 sophia bona.
 Primiam
 ferentia, ne
 nis confund
 opus est an
 Cognitio in
 lectus: Co
 brutis &

Hæc de cognitione sensitiva & appetitione illi ex aduerso respon- dente : iam de cognitione intellectu- ua, & de appetitu rationis, qui illam naturaliter comitatur, pauca adycci- am. Sunt enim hæc duo principia as- ctionum virtutis : quorum alterum intellectus dicitur, & est principium dirigens : Alterum voluntas voca- tur, & est principium imperans, pri- us ad iudicium rerum, posterius ad finem bonorum pertinet : quæ duo maxima sunt, vt Cicero ait, in Philo- sophia bona.

Primum itaq, tenendæ sunt dif- ferentiæ, ne hæc duo genera cognitio- nis confundamus. Cognitio sensitiva opus est animæ sentientis tantum. Cognitio intellectiva opus est intel- lectus : Cognitio sensitiva est & in brutis & in hominibus, intellectiva

DE LEGE

tantum in homine, illa semper ab ob-
iecto externo & sensu, hæc interdum
& non semper ab illis initium sumit:
illius est finis rei expetitæ usus, hu-
ius scientia & prudentia eorum, quæ
natura expetimus.

Priusquam autem gradus sub-
tilius distinguam, verba Ciceronis
principis Philosophorum apud La-
tinos, ascribam: Mens, inquit, ipsa,
quæ sensuum fons, atque etiam ipse
sensus naturalem vim habet, quam in-
tendit ad ea, quibus mouetur, atque
alia visa sic arripit, ut his statim utatur:
alia sic recondit, è quibus memo-
ria oritur: Cætera autem similitu-
dinibus construit: ex quibus effici-
untur noticiæ rerum, quas Græci tum
ἐνοίαις tum προλήψαις vocant, eò cum
accessit ratio, argumentique conclu-
sio, rerumque innumerabilium multi-
tudo,

tudo, tum
no apparet.
fecta his gr
uenit. Ad
viteque con
sit mens bon
mè cognitio
quam, ut di
primentes,
mus, cum ip
ei veritatis
propter usum
sibus utitur
sensus altero
corroborat,
quare una
Cicero. Vi
ditè hic Cice
ueniatur ad
parta men
greditur.

N A T V R Æ .

tudo, tum & perceptio eorum omnino apparet, & eadem hæc ratio perfecta his gradibus ad sapientiam peruenit. Ad rerum igitur scientiam vitæque constantiam, aptissima cum sit mens hominis, amplectitur maxime cognitionem, & ipsam κατὰ ληψιν, quam, ut dixi, verbum è verbo exprimentes, comprehensionem dicemus, cum ipsam per se amat, nihil est ei veritatis luce dulcius, tum etiam propter usum. Quocirca etiam sensibus utitur & artes efficit, quasi sensus alteros, & eò Philosophiam corroborat, ut virtutem efficiat, ex qua re vna vita omnis apta sit, Hæc Cicero. Vide quàm pulchrè & eruditè hic Cicero, quibus gradibus perueniatur ad virtutem, ostendat, qua parta mens nostra non ultra progreditur. Ut autem hæc à studiosis
 distin-

DE LEGE

distinctius intelligi possint, gradibus certis ea distinguam.

Primus ergo gradus est notio rerum simplicium, quas ut intelligentia patibilis recipit, ita agens tractat & apprehendit: ac primum quidem singulares, mox uniuersales inde formas elicit. Facultas illa, qua haec efficiuntur, simplex apprehensio dicitur, hanc comitatur compositio, qua notiones multae & variae componuntur in unum: quarum aliae affirmantur aliae negantur, hanc comitatur ὑπόληψις, hoc est, aestimatio, quae planum iudicium promit de notionibus propositis, connectens coniungenda & separans pugnancia, atque ideo diuisio à Physicis appellatur. Huc accedit postea ratiocinatio, quae ex iudicatis notionibus alia atque alia colligit, sed diuersimodè. Nam si ex euiden-

euidentibus
tio dicitur
tantum, co
Proinde r
Etus alias
Sed haec ac
propositum
Notio
posui, est ad
contemplam
à simulacris
uersalis fit n
haec notio p
apprehensio
Secundo
num accedit
in hac com
falsitas, V
sti, iusti, e
fugiendi &
nectens, em

NATVRE.

evidentibus fit collectio, demonstra-
tio dicitur: Si verò ex probabilibus
tantum, conclusio texitur probabilis,
Proinde ratiocinationis huius effe-
ctus aliàs est scientia, aliàs opinio.
Sed hæc accommodemus ad nostrum
propositum:

Notio itaque, quam primo loco
posui, est actus mentis & animi, quo
contemplamur virtutum decus: hæc
à simulacris virtutum elicitæ, vni-
versalis fit norma honestatis, atque
hæc notio virtutis, simplex dicitur
apprehensio.

Secundo loco compositio notio-
num accedit eadem mentis facultate,
in hac compositione est veritas &
falsitas, Vt notio simplex est hone-
sti, iusti, expetendi, turpis, iniusti,
fugiendi &c. Sed compositio hæc
nectens, enunciationes facit. Hone-
stum

DE LEGE

stum est expetendum : turpe est fugiendum : iustum est honestum : quod turpe inhonestum est : iustum est in virtute : iniustum in vitio ponendum.

Tertio loco accedit aestimatio compositionis, qua mens de compositis planum profert iudicium, hoc ut verum affirmans, illud verò falsum pronuncians, iustum expetendum dicitans, iniustum fugiendum, hoc aiens bonum esse, illud inficiens esse malum, ut iusticia est bona, quod secundum rectam rationem fit, non est malum.

Verum, si quæ mens ita composuit & iudicavit sunt euidencia, adeo ut ipsorum contraria appareant manifestè falsa, fiunt axiomata demonstrationum, quo cum accesserit
quarto

quarto lo
colligunt
Est
duplex.
hypothesi
ligit, &
quæ ex
res extru
Syllogism
sticia exp
dentia, for
tur omnis
hac rursus
petenda, c
veritas, r
particulare
petendæ.
ctus dicit
liter sequ
tentio. D
le vel iuc

quarto loco argumentatio, plurima colliguntur.

Est autem argumentationis via duplex. Vna enim quæ ex pluribus hypothefibus vniuersale theorema colligit, & vocatur Inductio. Altera quæ ex vniuersali pronunciato, plures extruit hypothefes, & vocatur Syllogismus. Exempli causa: Iusticia expetenda est, similiter prudentia, fortitudo, temperantia. Igitur omnis virtus est expetenda. Ex hac rursus: Si omnis virtus est expetenda, certè amicicia, gratitudo, veritas, mansuetudo, & reliquæ particulares virtutes omnes sunt expetendæ. Hic ratiocinationis effectus dicitur scientia, quam naturaliter sequitur vel expetitio, vel contentio. Nam, si honestum vel utile vel iucundum fuerit quod concluditur,

DE LEGE

ditur, mox homo naturali fertur impetu, ut eo potiatur, sin contra, turpe, inutile, iniucundum ratione deprehensum fuerit, ut mens illud non amplectendum iudicat, ita ab eodem abhorret voluntas. Mirandum proinde opificium Dei est, qui ita hominem condiderit, ut in eo sint facultates, & γυναικῶν & ὀρεκτικῶν, hoc est, quibus res cognoscantur & appetantur: quas intueri & admirari decet, ut simus grati opifici, qui adeo admirandis dotibus hunc μικροκόσμον, id est, hominem, ornauit.

Quia autem harum facultatum obseruatio diligens, aperit nobis principiorum noticiam, de illis nonnulla adijciam. In hunc itaque modum de his veteres scripsere Philosophi: Ammonius post Aristotelem quinque cognitionis opifices facit, qui sunt:

ἄνωγ

vōis mens
nio, φωνή
sensus: h
invention

Quon
sensitiva
hic tantu
tellectiva
plex.

A se
fice, una:
tionis opif
fit progres
uersale the
δυναμίας β
Axioma
principiu
potheses,
tur. Hi
nunc opi
ne concep

N A T V R Æ.

νοῦς mens, διάνοια discursus, δ'ὄξα opi-
nio, φαντασία, imaginatio, & αἰσθησις
sensus: hi quinque opifices & rerum
inventioni, & perceptioni seruiunt.

Quoniam autem de cognitione
sensitiua superius satis dictum est,
hic tantum agemus de cognitione in-
tellectiua, cuius progressio est du-
plex.

A sensu, infimo cognitionis opi-
fice, vna: à mente, supremo cog-
nitionis opifice, altera. Cum à sensu
fit progressio sursum, colligitur vni-
uersale theorema, seu axioma, idque
διανοίας beneficio per Inductionem.

Axioma ita extructum, postea vt
principium sumitur ad probandas hy-
potheses, quæ in eo virtute continen-
tur. Hinc generatur nunc scientia,
nunc opinio. Hæc dum ratiocinatio-
ne concepta sunt, mente retinentur,

E ex

DE LEGE

ex quo facile intelligitur, quòd sola
 διάνοια ratiocinetur, & sola mens quæ
 conclusa fuerint, conseruet & reti-
 neat, vt inde rursus promantur vbi
 res postulauerit.

Cùm à mente supremo cognitio-
 nis opifice fit progressio, colliguntur
 hypotheses, de quibus quæritur, idq̃
 per Syllogismum, vnde etiam nunc
 scientia, nunc opinio generatur. Sci-
 entia quidem, vbi πρόματα (propo-
 sitio & assumptio) sunt necessaria:
 opinio verò, quando sunt tantum
 probabilia. Hæc exemplis declaran-
 da sunt:

Animaduersum est, singularum
 rerum peculiare quasdam actiones
 esse, quæ diuersæ naturæ rebus mini-
 mè conueniunt: Vt hunc hominem
 esse capacem disciplinæ, et discernen-
 di honesta & turpia, facultate præ-
 ditum,

ditum,
 est sigill
 occurrit
 contrari
 seu theor
 hominen
 discernen
 tate præ
 cipit à se
 ligit vni
 mens arr
 stos, reco
 quando op
 vbi sunt p
 artibus.
 plinam
 propria
 vie, qu
 perducin
 Por
 firmum

N A T V R A .

ditum, hoc ipsum postea quæsitum est sigillatim in multis, & quia non occurrit unquam in sanis hominibus contrarium exemplum, hoc axioma seu theorema concluderunt: Omnem hominem capacem esse disciplinæ, & discernendi honesta & turpia facultate præditum. Hæc progressio incipit à sensu, & per inductionem colligit uniuersale pronunciatum: quod mens arripiens, tanquàm fidelis custos, recondit & seruat: ut eo si quando opus fuerit utatur, hac via vsi sunt primi Philosophi in omnibus artibus. Nam ea quæ nos per disciplinam accepimus, illi inuentione propria perceperunt: duæ enim sunt viæ, quibus in rerum cognitionem perducimur: μάθησις καὶ εὐρησις.

Porrò, si hoc axioma tanquàm firmum principium arripis et ita col-

E 2 ligis:

DE LEGE

ligis: Omnis homo est capax disciplina, & eligendi facultate præditus. Igitur Galli, Germani, Dani, Hispani &c. capaces sunt disciplinae & eligendi facultate pollent, Progressio est à mente, & concludit quæ sunt propiora sensibus.

Atque ita apparet duplicem esse cognitionem intellectiuam, quarum una à sensibus incipit & desinit in mentem: Altera contra à mente sumit exordium & finit vel in sensibus, vel in ijs, quæ sunt sensibus proxima.

Ab hac Peripateticorum doctrina, non abhorrent quæ prius tradidit Plato, & postea Platonici, quorum sententiæ summam huc ascribam: nam, non solum Aristotelis sententiam illustrat, verum etiam haud dubiè grata futura est bonis ingenijs,

genijs, &
Hæc eni
ficis adm
Faci
cognitio
sani per
harum p
merare p
ma est d
prema co
hunc Plat
ces obtine
Tma
cultatum
ri copulat
sed tã v
cui adiu
vovã, ut
riori col
hic prio
d'õgã, ta

N A T V R Æ.

genijs, & amantibus nature vim.
Hæc enim nos deducit rectâ in opi-
ficis admirationem.

Faciunt itaq; Platonici quatuor
cognitionis facultates, quas homines
sani perpetuò secum circumferunt,
harum prima est, (si ab infima nu-
merare placet) αἰσθησις, huic proxi-
ma est δόξα, hanc excedit διάνοια, su-
prema omnium est νόησις, seu νοῦς,
hunc Plotinus regis, αἰσθησις serui vi-
ces obtinere dicit.

Timæus Platonicus harum fa-
cultatum duas συζυγίας facit, in prio-
ri copulat νόησις καὶ λόγος seu διάνοια:
sed τῆ νοήσεαι principem tribuit locum,
cui adiungit λόγος ὡσαύτῃ ἐλάττωτά ἕνα
νοῦν, ut Procli verbis utar: in poste-
riori collocat τὴν δόξαν, & τὴν αἰσθησις,
hic priorem quidem locum occupat
δόξα, tanquam rationalis sensus, po-

E 3 sterio-

DE LEGE

steriorem verò αἰσθησις ἀλογος : in
 priori iugo ratio cum mente τὰ νοητὰ
 cernit, at ratio per se medias contem-
 platur rationes: in posteriori iugo δόξα
 cum sensu videt τὰ ᾤκητὰ, per se verò
 quæ sunt in ea species omnes conside-
 rat, αἰσθησις particularis, ἔσ' ἀλογος τὰ
 αἰσθητὰ, hoc est, sensilia percipit, ista
 autem sensilia dicuntur πάθη, propte-
 rea quòd τὰ αἰσθητήρια afficiant. Qua-
 re ut νοῦς quidem dicitur ὀλικῶς, λόγος
 verò καθολικῶς, φαντασία μορφωτικῶς :
 ita αἰσθησις dicitur παθητικῶς, sensibus
 subiecta percipere. Solus autem De-
 us dicitur ἠνωρδύως res cernere, ut qui
 simplici intuitu res intueatur omnes,
 cum præsentēs tūm absentes, præte-
 ritas ἔ' futuras. Sed de singulis si-
 gillatim dicamus.

Sensus sensorio suo τὰ πάθη re-
 rum percipit: quod fit sanè hoc mo-
 do: pro-

do: pro-
 percipies
 um, idq
 πάθος sig
 visus, qu
 factu per
 redoleat,
 que in na
 rea dulce
 pies. Qu
 singulis pe
 dicuntur,
 dam accide
 foriorum,
 dicuntur.
 est, quod
 pronuncia
 nequaqu
 rem perc
 an olfact
 quilibet

N A T V R Æ.

do : prolato in mediam pomo , visu percipies quòd rubrum sit aut flavum, idque ex ea affectione (id enim πάθος significat) quæ in αἰσθητήριον visus, quod est oculus, incurrit : Olfactu percipies , quòd bene vel malè redoleat , idq̄. similiter ex affectione quæ in nares incurrit : gustu præterea dulcedinem : tactu planitiem capies . Quæ autem ad istum modum singulis percipiuntur sensibus, αἰσθητὰ dicuntur , & sunt subiectorum quædam accidentia , eadem respectu sensoriorum, quæ illis afficiuntur , πάθη dicuntur . Sed quænam ea facultas est , quod in medium allatum est , pronunciat esse pomum ? an oculus ? nequaquam . hic enim tantum colorem percipit : an auditus ? an gustus ? an olfactus ? nullus sanè horum, nam quilibet in suo obiecto occupatur .

E 4 An

DE LEGE

An omnes sensus simul? nullo modo. Non enim pertingunt ad rei substantiam, sed tantum hærent in communibus quibusdam accidentibus. An fortè sensus communis? nequaquam. Sensus enim communis tantum actiones particularium sensuum discernit. Efficitur ergo hinc, quòd sensus nec ουσΙΑΣ nec ΑΙΤΙΑΣ, hoc est, nec τὸ ὅτι nec τὸ διότι rerum percipiat. Habemus quousque progredi possit sensus in rerum cognitione, et ubi subsistat suo officio functus.

Δόξα, opinio seu τὸ δοξασμὸν, hoc est, facultas æstimandi res, rationibus sumtis ex ijs quæ in sensus incurrunr, τὰς ἀπὸ αἰσθητῶν οὐσίας, hoc est, τὸ ὅτι rerum percipit. Hæc ergo primum pronunciat, quod in in medium est prolatum, quod τὸ δοξασμὸν à Platoniciis dicitur, atque ita πᾶρ τὸ ψυχῶν opinio-

opinionem
quorum h
illa τὰς οὐ
facultas
causas rer

Διάνοια
εὐσείας
est, non so
διότι consi
excipit, ma
theson cop
Platonici
τὸ νῦν μετα
turas rima
orsum des
que ita m
ligit, ut
etè igitur
ἐαυτῶν ἑ
μενθ.

N A T V R Æ.

opinione & sensu est perceptibile, quorum hic τὰ πάθη tantum percipit, illa τὰς οὐσίας speculatur, neque hac facultas ulterius ascendit, nam ad causas rerum non pertingit.

Διάνοια ulterius ascendit, nam & οὐσίας & causas scrutatur, hoc est, non solum τὸ ὄτι, verum etiam τὸ διότι considerat, et τὰς αἰτίας ὄντων ἐκνοίας excipit, unde postea mirabilem hypotheseon copiam extruit, atque ideo Platonici dicunt λόγον coniunctam τῶν νῶ μεταβαλλικῶς res rerumque naturas rimari. hic sursum spectat, deorsum despicit: ad latera respicit, atque ita mirabilem rationum vim colligit, ut veritatem deprehendat. rectè igitur definitur, ἡ διάνοια αὐτῆς πρὸς ἑαυτὴν ψυχῆς διάλογος ἀνθι φωνῆς γιγνόμενος.

E 5

Νόσεις

DE LEGE

Νόσις *suprema in homine cogni-*
tionis est effectrix, quae ἀμεταβάτως
rerum notiones apud se tenet, sed
ὀλικῶς, ut supra dictum est. Nam,
quia νοῦς τὸ ἑαυτοῦ νοκτὸρ habet, propte-
rea dicitur totum complecti, hoc est,
ὀλικῶς res & rerum ἐνοίας perci-
pere.

His facultatibus quibus Deus
ornavit humanam naturam accedit
oratio, quae & ipsa λόγος græcè dici-
tur, propterea quod rationis quasi ri-
uulus quidam est, atq; ideo Platoni-
ci orationem definiunt: τὸ τῆς διανοίας
ρεῦμα διὰ τοῦ σώματος ἰὸν μετὰ φθόγγου ἢ
φωνῆς, ab alio quodam dicitur τοῦ νοή-
ματος ἀγγελος.

Porro circa voces seu sonos tria
spectantur. Primum nomina, quae
sunt τῶν νοημάτων principaliter, mi-
nus autem principaliter etiam rerum
subie-

subiectar
 etantur in
 sunt reru
 nes quæda
 ci loquunt
 τα, ex qua
 νοήματα sm
 omnibus a
 figuratio,
 dem, quia
 nibus alie
 tur in vocib
 τὰ ὑποκειµε
 nobis τὰ νοή
 per abstra
 nem, que
 DAN I
 eleganter
 maticorn
 dia & co
 tet.

N A T V R Æ.

subiectarum symbola. Deinde spectantur in vocibus τὰ νοήματα, quæ sunt rerum subiectarum similitudines quædam & effigies, seu vt Græci loquuntur, ὁμοιώματα & ἑκτυπώματα, ex quo fit, quòd apud omnes τὰ νοήματα sint eadem. Eadem est enim omnibus à subiectis rebus impressa figuratio, at nomina rerum non eadem, quia Dialecti in alijs nationibus aliæ sunt. Tertiò spectantur in vocibus res subiectæ, hoc est, τὰ ὑποκείμενα πράγματα, ex quibus in nobis τὰ νοήματα informantur, idque per abstractionem & comparationem, quemadmodum doctissimus DANIEL BARBARVS eleganter docet. Huc ergo Grammaticorum & Dialecticorum studia & contemplationes referre oportet.

Dixi

DE LEGE

Dixi hæcenus ex Aristotelis, Ammonij, Platonis, Procli & aliorum Platoniorum sententia, quinam sunt & quales opifices cognitionis, per quos natura tam admirabilia edit opera: nunc pauca quæ eodem pertinebunt ex Reuclini schola adducam, spero enim et illa non ingrata futura Philosophiæ & pietatis studiosis.

Reuclinus præceptor Melanthonis, scilicet cognitionis decem gradus facit, per hos dicit homines ad cognitionem omnium, quæ sunt ferè, aut sensu, aut scientia, aut fide, ab imo ad summum ascendere posse. Gradus autem hi sunt: obiectum, diaphanon, sensus exterior, sensus interior, phantasia, iudicium inferius, iudicium superius, ratio, intellectus, & mens ipsa, à cuius lumine recepto inferior

inferiore
bernentu
Dei
um tres o
media,
lis region
status.

In pr
tres grad
sensus: at
nis status
lentissimu
scere vide
per illust
corporeum
iectum d
untur.

In
gradus
iudicium
interior

inferiores virtutes dirigantur et gubernentur.

Deinde in ascensu horum graduum tres ordinantur regiones, infima, media, & suprema. Et in singulis regionibus vnus abstractionis est status.

In prima ergo regione sunt hi tres gradus: obiectum, diaphanon, sensus: atque hic primus abstractionis status est. Verbi gratia. Luculentissimum procul ignem exardescere video, intenditur forma eius per illustre medium vsq; ad oculum corporeum: hic primò statur, vbi obiectum diaphanum & sensus inveniuntur.

*In secunda regione sunt hi tres gradus: sensus interior, phantasia, iudicium: & secundò statur: sensus interior accipit à sensu visu formam
ignis*

DE LEGE

ignis oblati, sequitur imaginatio, & iudicium inferius: quo non secus atq; bruta de igne iudicamus.

In tertia regione est iudicium humanum, ratio & intellectus, & tertio statum: iudicio humano ^{δυστολ} ignis percipimus, ratione causas peruestigamus, & intellectu complectimur ista omnia: Horum omnium dominans mens, recepto lumine superiori, hominis intellectum illustrat & perficit, Nam quod oculus est in corpore, id mens est in anima.

Nomina horum trium statuum sunt, sensus, iudicium, intellectus. In primo cessat corpus & incipit anima, unde nominatur animal. In secundo cessat animal & incipit ratio, unde nominatur homo. In tertio cessat intellectiva potentia, & incipit mens, quæ sola de foris aduenit, atque
ideo

ideo diuin
quidam
Hæc
& mirum
sapiantiam
Ceter
naturæ do
cognitione
tur, iam qu
bus nō
Sunt itaqu
acumen, me
Acume
celeritas,
nobis ab al
percipiend
maius, in
autem nō
discendū
homines
Men

NATURÆ.

ideo diuina cognominatur, & veluti
quidam Deus est.

Hæc pulcrè & verè dicuntur,
& mirum in modum nobis opificis
sapienciam commendant.

Cæterùm quia dictum est, quibus
naturæ dotibus præditus homo, ad
cognitionem rerum quasi manu duca-
tur, iam quædam adijciemus de parti-
bus τῆς ἐνμαδείας, hoc est, docilitatis.
Sunt itaque tres docilitatis partes,
acumen, memoria, solertia.

Acumen, ὀξύτης, est intelligentiæ
celeritas, ad ea, quæ vel traduntur
nobis ab alijs, vel quæ legimus ipsi,
percipienda. Hoc acumen in alijs
maius, in alijs minus est, in quibus
autem nullum est, prorsus sunt ad
discendum inepti, trunci potius quàm
homines censendi.

Memoria, quæ dicitur à Plato-
nicis

DE LEGE

nicis τῆς ἀιδήσεως σωτηρία, est conser-
 uatrix & custos fidelis eorum, quæ
 percepisti, vel à magistro vel ex le-
 ctione. Qui hac destituitur, etiamsi
 acumine valeat, operam ludit, hinc
 est quòd μνημοσύνη dea dicitur, &
 Musarū mater appellatur apud Pla-
 tonem.

Solertia, ἀρχινοία, est facultas
 quædam ex ijs quæ didicimus & per-
 cepimus, ea quæ nec didicimus nec
 percepimus, celeriter inuestigandi:
 ijs qui hac valent, modò cætera non
 defuerint, ad arcem Palladis, & eru-
 ditionis culmen facilis est aditus.
 Hæ tres docilitatis partes vt igna-
 nia & otio torpescunt: ita dili-
 gentia & labore excitantur & cre-
 scunt.

Haëtenus de cognitione intelle-
 ctiva, iam de appetitu qui cognitio-
 nem

nem intel
 bil adycia
 Hic
 vocatur
 liberation
 impellit
 tione elig
 inde volu
 liy faculta
 ideo dicit
 propositis
 to, alia præ
 nem sequi
 vti possim
 Alij
 per quos
 vsum.
 Pri
 id est, v
 rei quan

nem intellectiuam comitatur, nonni-
hil adijciam .

Hic appetitus rationis est , &
vocatur voluntas. Nam non sine de-
liberatione , vt appetitus animalis ,
impellitur ad agendum, Sed delibera-
tione eligit hoc vel illud. Habet pro-
inde voluntas eligendi vim & consi-
lij facultatem , quæ facultas Græcis
ideo dicitur προαίρεσις, quia pluribus
propositis , rationis iudicio adhibi-
to, alia præ alijs eligit : quam electio-
nem sequitur conatus , vt re electa
vti possimus.

Alij subtilius gradus numerant,
per quos venit ad rei expetitæ
vsum.

Primo enim loco ponunt βούλησις,
id est, voluntatem finis, hoc est, eius
rei quam volumus .

F Deinde,

DE LEGE

Deinde, subijciunt ζήτησις Ἐσκέψις,
hoc est, inquisitionem & considera-
tionem.

Tertio loco, si id quod expetimus
obtineri potest, βουλή, id est, consi-
lium, adhibetur, consultamus enim an
rem aggredi iuuet, necne.

Quarto, si id quod affectamus &
amamus iudicio nostro approbatum
fuerit, γνώμη, hoc est, sententia ac-
cedit.

Huic quinto loco adiungitur,
προαίρεσις, hoc est, delectus.

Hanc sexto loco ὄρμη sequitur,
hoc est, prosequutio, qua ad agendum
mouemur.

Postremo loco est ἄνησις vsus, at-
que ita quiescimus, aut potius in vsu
rei acquiescimus.

Hæc sint dicta de cognitione in-
tellectiua & appetitu rationis, quæ
illam

illam na
principy-
cenus. I
natura e
piorum c
& quia
est, hic t
dum: ut
& hypot
mores hon
Vis co
considerat
fectionem.
Vis ad
nit rebu
illa in ip
tione: ill
prudenti
virtutis
Pro
sunt, ex

N A T U R A E.

illam natura comitatur. Nunc de principijs cognitionis, & actionis dicemus. Nam supra diximus, legem naturæ esse noticiam certam principiorum contemplationis & actionis: & quia de modo satis supra dictum est, hîc tantum de materia est agendum: ut inueniri possint axiomata & hypotheses legis naturæ, quibus mores hominum regi oportet.

Vis contemplans seu τὸ θεωρητικὸν, considerat rerum habitudinem & affectionem.

Vis actionis seu τὸ πρακτικὸν, definit rebus agendis rectam rationem, illa in ipsa mente residet, hæc in ratione: illa finem habet scientiam, hæc prudentiam moderatricem actionum virtutis.

Proinde principia cōtemplationis sunt, ex quibus scientia rerum manat.

F 2 Prin-

DE LEGE

Principia actionis, quæ $\pi\rho\alpha\kappa\lambda\upsilon\alpha$ vocantur, sunt ex quibus ratio morum, & actionum secundum virtutem petitur. Principia appellantur duabus de causis, quarum una est, quòd non pendeant ex priori aliqua demonstratione: altera quòd omnes hypotheses legum honestarum quibus mores gubernari par est, ex ipsis desumantur.

Principia Contemplationis incomplexa, sunt notiones simplices: ut unum, verum, aliquid, bonum, ens, non ens, affirmatio, negatio, causa, effectus. Complexa principia sunt notiones compositæ: ut esse aliquid, aliquid non esse, hoc esse, aliud esse. Huc axiomata plurima pertinent, qualia sunt hæc: Totum quodlibet est maius qualibet sua parte: nihil fit sine causa: natura nihil facit frustra.

Prin-

Prin
Etica, su
simplices
plices, ut
vtile, ex
lum, turp
ta, ut in
sunt fugie
pia vitan
tium est
di multa,
coru prima
Cetera
ad finem h
tionem re
na, breui
fidem his
tametsi
one conc
Certe
rum hoc

N A T V R Æ.

Principia actionis, hoc est, Præ-
Etica, sunt etiam duplicia, videlicet,
simplices notiones et compositæ. Sim-
plices, vt bonum, honestum, iustum,
vtile, expetendum, fugiendum, ma-
lum, turpe seu inhonestum. Composi-
tæ, vt iusta sunt expetenda, iniusta
sunt fugienda, honesta amanda, tur-
pia vitanda, virtus est laudabilis, vi-
tium est vituperandum, & huiusmo-
di multæ, quæ Syllogismorum præcti-
corū prima ἀρχαὶ et materia sunt.

Cæterum priusquam accedamus
ad finem hominis, ad cuius conserua-
tionem referenda est tota hæc doctri-
na, breuiter ostendam, cur necesse sit
fidem his primis principijs adhiberi,
tametsi superiore aliqua demonstrati-
one concludi non possunt.

Certitudo itaq; immota principio-
rum hoc modo cernitur :

E 3

Pri-

DE LEGE

Primum, principiorum noticia est lumen diuinitus impressum mentibus hominum. Vt enim omnes homines non cæci, vident hunc solem, et dum ipsum vident, necessario vident. (Non enim opinione errant, sed reuera solem aspiciunt & cernunt) ita omnes homines sani, naturæ lumine, quod Deus in natura hominum accendit, vident honestum expetendum esse, inhonestum fugiendum, quod qui negat, cum ratione insanire censendus est, & stultior Anaxagora, qui niuem nigram esse contendit, contra omnium hominum vniuersalem & consentientem experientiam.

Deinde principiorum certitudo ostenditur ex contradicentium collatione. Omnes sani intelligunt fieri non posse, vt duæ cōtradicentes enunciations simul sint vel veræ vel falsæ.

se. Nam
necessario
dicentes
da: bone
adeo stu
enunciat
expetenda
nem, scilicet
tenda. I
inops me
hanc poste
lege contr
esse & im
hac: bone
vera erit
honestas
Huius
riorum
trouerf
feruant
& ea q

sa. Nam si vna vera est, altera necessario falsa est, et contra: vt contradicentes sunt: honesta sunt expetenda: honesta sunt non expetenda, qui adeo stultus est, vt dubitet de priori enunciatione, quæ est, honesta sunt expetenda, sumat eius contradictionem, scilicet, honesta sunt non expetenda. Hic nemo non, nisi prorsus inops mentis, inficiabitur vt falsam hanc posteriorem. Vnde sequitur ex lege contradictionis priorem veram esse & immotam. Nam si falsa est hæc: honestum non est expetendum, vera erit eius contradicens, quæ est, honesta sunt expetenda.

Huc accedit effectuum contrariorum collatio. Extra omnem controuersiam positum est, ea quæ conseruant naturam, naturam requirere, & ea quæ naturæ inimica sunt, ean-

dem auersari. Quid enim sui destru-
 ctionem appetit? Quid non potius in
 hoc incumbit totis viribus, ut se con-
 seruet? Proinde cum quæ honesta
 sunt & iusta, naturam conseruant &
 contraria destruunt: Sequitur hone-
 sta & iusta secundum naturam esse,
 inhonesta verò & iniusta contra na-
 turam. Quare ut illa natura duce,
 sunt expetenda: Ita hæc eadem mon-
 strante, sunt repudianda. Hæc tri-
 plex ratio certitudinem principiorum
 practicatorum immotam esse conuincit.

Ceterum, quia hæc omnia rectius
 intelliguntur, monstrato fine homi-
 nis, ad quem omnes actiones hominis
 referendas esse manifestum est, pau-
 ca de fine hominis adyciam, & axio-
 ma ex lege naturæ proponam, ex qui-
 bus omnes aliæ hypotheses veræ de
 moribus extruuntur.

EST

EST
 plex, V
 iusque p
 prijs re
 tur: T
 existit, e
 Ve
 exemplis
 finis, qu
 sed mane
 iusque re
 mus, hoc
 maxime c
 esse max
 hominis
 sano. Bre
 libet rei
 tiffimã
 suo gene
 Deus n
 quirend

N A T U R A E.

Est autem finis cuiusque rei triplex, Unus spectatur ex statu rei cuiusque perfectissimo: Alter ex proprijs rei cuiusque actionibus intelligitur: Tertius qui & finis bonorum existit, ex ordine rerum sumitur.

Verum hæc definitionibus & exemplis illustranda sunt. Primus finis, qui non egreditur extra rem: sed manet in re, est status uniuscuiusque rei in suo genere perfectissimus, hoc pacto, finis ignis est, esse maximè calidum & siccum, & aquæ esse maximè humidam & frigidam, hominis ut sit mens sana in corpore sano. Breuiter hoc modo: finis cuiuslibet rei est perfectissima illa absolutissimaque habere, quæ illi tribuit in suo genere rerum natura, seu potius Deus naturæ opifex, ad quæ & acquirenda & conseruanda, bona, quæ

DE LEGE

Græci συμφέροντα vocant, Deus in natura ordinavit: ut cibus, potus & medicina, incolumitati corporis humani seruiant, recta ratio animæ confert, ut ipsa sit sana in corpore sano.

Porro hæc paulò altius expendamus. Ad utriusque itaque, hoc est, corporis & animæ, atque adeò totius hominis incolumitatem, Primus gradus est, ut corpus animæ imperio se subijciat. Natura enim ita ordinatum est, ut perfectiora imperfectioribus, meliora deterioribus, digniora indignioribus, imperent. Cum autem contrà fit, naturæ ordo peruertitur, & magnæ sequuntur confusiones naturam destruentes. Iam autem animum perfectiorem & meliorem & digniorem corpore esse, ex eo manifestum est, quòd illa λογική, hoc ἄλογον:
 illa

illa imm
 spiritual
 corporib
 pactum
 potest, q
 anima in
 que ita p
 ne, ut in
 meliorib
 ne idem f
 nauarcha,
 to rei nan
 Quid enim
 test, quan
 nauis sub
 in nauis su
 nissime ad
 sibus:
 φερτικοί
 Δεμαίν

N A T V R Æ.

illa immortalis, hoc caducum : illa
 spiritualis & simplex, hoc ex varijs
 corporibus, usq; corruptibilibus, com=
 pactum sit. Quare dubium esse non
 potest, quin secundum naturam sit, ut
 anima imperet & corpus pareat. At=
 que ita profectò res se habet in homi=
 ne, ut in republica, in qua cum mali
 melioribus imperant, metuendum est,
 ne idem fiat, quod naui, amoto perito
 nauarcha, & in eius locum substitu=
 to rei nauticæ ignaro, accidere solet.
 Quid enim quaeso hîc aliud fieri po=
 test, quam ut orta tempestate, &
 nauis submergatur, & pereant quæ
 in naui sunt, atque hoc est, quod gra=
 uissimè admonet Theognis his ver=
 sibus :

Φορτηγοὶ δ' ἄρχουσ' ἄνδρες ἢ ἀγαθῶν κα=
 (δύπορδερ,
 Δαμάινω μὴ πως ναῦν κατὰ κύμα πῆν.

Hoc

DE LEGE

Hoc est, Cum baiuli bonis imperant, metuendum est, ne nauem fluctus absorbeat. Vt igitur status hominis absolutus sit, omnium primum requiritur, vt se animæ imperio corpus subijciat.

Secundus gradus, ad conseruandum statum hominis necessarius est, vt facultates animæ sua tueantur officia, & nihil contra naturæ ordinem faciant.

Sunt autem tres facultates huc spectantes: quarum nec similis est dignitas, nec æqualis in agendo auctoritas. Facultates autem hæ sunt: λόγος, θυμὸς, ἐπιθυμία, hoc est, ratio, vis irascibilis, & concupiscentia: quarum vt singulæ sunt menti viciniore aut à mente remotiores: ita earum æstimatur dignitas & indignitas.

λόγος

N A T V R Æ

Λόγος proinde, qui est menti pro-
 ximus, τῆ ἐπιθυμίας, quæ est proxima
 corpori, & remotissima à mente, im-
 perare debet. Hic ordo si turba-
 tur, hominis status concutitur, &
 metuenda est hominis eversio. Nam
 cum ἐπιθυμία, excusso rationis impe-
 rio, imperat, fieri non potest, quin
 magnum aliquod malum sequatur.
 Est enim imperium concupiscentiæ
 contra naturam, ut fœminæ in vi-
 rum.

Deinde θυμός, si vel rationi im-
 perat, vel concupiscentiæ subicitur,
 naturæ leges violantur. Nam ut
 θυμός est infra λόγος dignitatis gra-
 du, ita est supra concupiscentiam.
 Natura ergo monet, ut θυμός rationi
 obtemperet, & concupiscentiæ impe-
 ret, sed ex rationis præscripto. Hinc
 sequitur, quòd solus Λόγος imperare,
 sola

Λόγος

DE LEGE

sola concupiscentia parere, solus θυμὸς
nunc parere, nunc imperare debeat.
Ut enim rationi parere, ita concupi-
scentiae imperare θυμὸν oportet. Hoc
paulò clarius explicemus, ut impe-
randi & parendi modus intelligatur.

Λόγῳ facultatem imperandi, seu
ut Græci loquuntur, ἀρετῶν ἀρχικῶν
habet, quæ vocatur φρόνησις, id est,
prudentia, hac ratio ipsa & sibi &
alijs, nempe θυμῷ & concupiscentiæ,
præfinit actionum modos: & hac de
causa φρόνησις Platoni dicitur ἡγεμῶν
τοῦ ὁρθῶς πράττειν.

Ἐπιθυμία, Concupiscentia, virtu-
tem habet, iuxta quam rationi pa-
rere debet, & hæc vocatur σωφροσύνη,
Temperantia, ad cuius præscriptum
moderatur suas appetitiones, conuer-
sa ad rationem cui in moderando ob-
temperat: Temperantia enim in om-
nibus,

nibus a
mi mod
ptate, v
tione v
rationem
Rej
& ἐπιθυ
tiam rej
habet, qu
nominat
piscentia
rium: hac
ne à sese
respicit
tem habet
tur, hac a
deratur
θυμὸς con
ait Med
θυμὸς
ὁποῦ μ

nibus affectionibus corporis & ani-
mi modum seruat, ne quid vel volu-
ptate, vel dolore, vel alia perturba-
tione victi faciamus contra rectam
rationem.

Restat θυμός medius inter λόγον
& ἐπιθυμίαν, hic dum ad concupiscen-
tiam respicit, imperandi facultatem
habet, quæ ἀνδρεία, hoc est, fortitudo
nominatur. Hac reprimat concu-
piscentiam ad imperatoris sui impe-
rium: hac etiam seipsum conseruat,
ne à sese vulneretur. At si rationem
respicit θυμός, obtemperandi faculta-
tem habet, quæ etiam σωφροσύνη dici-
tur, hac à ratione instructus θυμός mo-
deratur suas actiones, cum autem
θυμός consilia rationis spernit, fit quod
ait Medea apud Euripidem:

θυμός δὲ κρείσων ἢ ἐμῶν βελθυμάτων,
ὅπου μεγίστων αἰτίων κακῶν βροτοῖς.

Porro

DE LEGE

Porro cum hæ tres facultates animæ, iuxta naturæ ordinem agant, ut dictum est, iusticia emergit, virtus quæ veluti concentus quidam est suavisissimus facultatum animæ in homine.

Ex his patet, in quibus rebus status hominis absolutissimus positus est, videlicet ut anima imperet, & corpus animæ imperio subsit, & deinde ut animæ facultates suum quæque tueantur ordinem, ut ita sit anima sana in corpore sano.

Verum quoniam homo est veluti parva quædam respublica, fit ut virtutes illæ animæ, quibus incolumitas status hominis conseruatur, ad societatem hominum & imperia transferantur. Istis enim quatuor, prudentia, temperantia, fortitudine & iusticia, conseruantur societates hominum,

minum,
tia, de q
da sunt.

Secu
quem ex
untur ex
rei, spect
pro facult
us rebus in
facultatum
estimentur
actione cui
pacto collig
merè aut fi
tum finem
ma induct
quod mor
arripiente
moribus
tates pecu
tur pecula

N A T V R Æ.

minum, hoc est, Oeconomica & politica, de qua re paulò post plura dicenda sunt.

Secundus finis rei cuiuslibet, est quem ex proprijs actionibus, quæ oriuntur ex proprijs facultatibus cuiusq; rei, spectandum dixi. Hic variat pro facultatum conditione, quas Deus rebus in natura contulit, ita ut pro facultatum ratione actionum gradus æstimentur. Hic autem finis, qui in actione cuiusque rei est positus, hoc pacto colligitur: Natura nihil temerè aut frustrà facit, sed ad certum finem singula refert, (hoc axioma inductione collegerunt Physici, quod morales Philosophi à Physicis arripientes, inde Philosophiam de moribus extruunt). Proinde facultates peculiare cuiusq; rei, destinantur peculiaribus actionibus, & proprijs

G prijs

prijs eius rei, id quod videre est in
 singulis rerum naturis. Nam ut com-
 munes rerum facultates destinantur
 communibus actionibus, pertinenti-
 bus ad communem naturæ conserva-
 tionem: ita propria rerum faculta-
 tes destinantur proprijs actionibus,
 quæ proprios rerum fines spectant:
 ex quo efficitur, cum sint peculiare
 facultates in homine, quæ non sunt
 in alijs naturis, requiri peculiare
 actiones ab homine, quæ sunt eius
 finis.

Sunt autem in homine, ut supra
 aliquoties admonuimus, facultates
 seu δυνάμεις, γνωστικαὶ, προαιρετικαὶ, καὶ
 πρακτικαὶ, quæ non sunt in alijs natu-
 ris: Proinde actiones harum faculta-
 tum sunt finis hominis, si modò eum
 finem spectes, qui in actionibus est
 positus, de quo nunc agimus. Iam γνω-

σικὰ

sic fac
 προαιρετικαὶ
 virtutu
 talis con
 ΑΕ
 finis hon
 boni &
 actiones
 Igit
 minis.
 Vera
 supremum
 actio, cui
 seruiunt
 sophi fin
 tutis.
 Ex
 tionis et
 de fine
 ΑΕ
 finis hon

N A T V R Æ.

σικῆ facultas veritatis inquisitioni :
 προαιρετικῆ boni electioni : ἔτι πρακτικῆ
 virtutum actioni destinatur , Hinc
 talis conficitur demonstratio.

Actiones propriae hominis , sunt
 finis hominis . Inquisitio veri , electio
 boni ἔτι virtutis actio , sunt propriae
 actiones hominis :

Igitur haec actiones sunt finis ho-
 minis .

Verum quia inter has actiones
 supremum gradum occupat virtutis
 actio , cui inquisitio veri ἔτι προαιρεσις
 seruiunt , rectè collocarunt Philo-
 sopheri finem hominis in actione vir-
 tutis .

Ex principio huius demonstra-
 tionis euertitur Epicureorum dogma
 de fine hominis , hoc modo :

Actiones propriae hominis sunt
 finis hominis :

G 2 Volu-

DE LEGE

Voluptatis actio non est propria hominis actio. Est enim communis homini cum bestijs.

Non igitur est voluptas finis hominis. Proinde voluptatis modus is adhibendus est, qui non naturam corrumpit: sed qui legitime naturam conseruat. Sed de voluptate supra dictum est, cum ageretur de appetitione animali.

Tertius finis est, qui ex rerum ordine spectatur, qua ratione omnia inferiora referuntur ad superiora, tanquam ad suos fines. Nam ita Deus naturam condidit, ut deteriora melioribus seruiant: ex quo efficitur, quod Deus sit vltimus omnium finis. Is enim solus absq; omni dubio, summe bonus est. Quare ut illi iustissimum in omnia imperium existit: ita omnia ipsi seruire naturali iure debent.

Quæ

*Quæ
serie su
terum
iusq; na
tura. C
naturæ
tet, quo
sunt illi
immedi
quæcumq;
bus loqu
ut Philo
ta, mine
esse &
herbae, pl
esse, vi
iumenta
brutum
mul, &
diciunt
rerum*

N A T V R Æ.

Quæ autem sunt in media rerum serie sita, eius sunt conditionis, ut alterum incumbat alteri, prout est cuiusque magis minusve consummata natura. Cum itaque videmus in rebus nature gradus multiplices, scire oportet, quod quæ minima sunt, ad ea quæ sunt illis proxima dignitatis gradu, immediatè referantur. Nunc autem quæcunque fecit Deus (de visibilibus loquimur) aut habent esse solùm, ut Philosophi loquuntur, ut elementa, mineralia & lapides: aut habent esse & viuere solùm, ut gramina, herbae, plantæ & arbores: aut habent esse, viuere & sentire tantùm, ut iumenta, pisces, volatilia, & omnium brutum: Aut habent hæc omnia simul, & præterea intelligentiam, iudicium & arbitrium, ut homo. In his rerum gradibus prout consummatior

G 3 natura,

natura, & eminentior aliqua forma
 specifica existit: ita ei res, quæ minus
 sunt consummatæ, destinantur, & ad
 eam suas facultates, actiones, adeoq;
 se totas referre debent. Proinde ho-
 mini res omnes inferiorum graduum
 destinantur, eiusque usibus seruire
 debent. Iam quoniam Deus non so-
 lum est supra infimos & medios gra-
 dus, sed etiam supra hominem, ut er-
 go omnes inferiores gradus ad homi-
 nem: ita homo ad Deum immediatè
 refertur, ut is certus constituatur fi-
 nis hominis, & ultimus: cum rerum
 ordinem spectamus. Hinc apparet
 veram esse Stoicorum sententiam,
 qui dicunt, omnia propter hominem
 esse, & hominem propter Deum.
 Huc & ille Nazianzeni versicu-
 lus pertinet: ἀρχὴν πάντων καὶ τέλος
 ποίει θεός.

Debent

D
 homin
 iusta re
 praste
 tota re
 turalis
 baris
 Nemo
 nis exp
 res cre
 Nemo t
 summan
 optime m
 um actio
 locum ob
 agusti
 H
 hæc sol
 ra sum
 S
 suprem

N A T V R Æ.

Debent itaque omnes actiones hominis ad D E V M referri, ut ei iusta reddatur obedientia, & honos præstetur debitus. Huc nos inuitat tota rerum natura: huc impellit naturalis sensus: huc omnium vel barbarissimorum exempla hortantur. Nemo enim tam ferus est & rationis expers, quin statuatur rerum opifici res creatas subiectas esse debere. Nemo tam barbarus, quin intelligat summam gratitudinẽ reddendam esse optimẽ meritis. Hinc sequitur omnium actionum humanarum primum locum obtinere agnitionem Dei, ac agniti Dei celebrationem.

Huius rei demonstratio, vel hæc sola esse poterit, ex ipsa natura sumta.

Supremæ facultatis in homine
suprema actio, versans circa supre-

G 4 mum

Debent

DE LEGE

num & nobilissimum obiectum, propria est actio hominis.

Agnoscere DEVM & agnitum colere, est supremæ facultatis in homine suprema actio, versans circa supremum & nobilissimum obiectum: Ergo,

Agnoscere Deum & agnitum colere, propriissima actio hominis est. Quare homo meritò felix & beatus est, quando in hac actione occupatur: contra miser & infelix cum ab hac est alienus.

Huc illud Platonis in quarto de legibus:

Ἀπάντων κάλλισον, καὶ ἀλκιδέστατον
οἶμαι λόγον, ὡς θεὸς μὲν ἀγαθῶν δύναι, καὶ
προσομιλεῖν δὲ τοῖς θεοῖς, Ἐὐχαῖς, καὶ ἀνα-
δήμασι, καὶ συμπάσει δόρα πεία θεῶν, κάλ-
λισον γὰρ καὶ ἄριστον, καὶ ἀνυσιμώτατον
πρὸς τὸ εὐδαίμονα βίον, hoc est, *Omni-
um pulcerrimam & verissimam arbitror*
ord=

oratione
fient &
& dona
ligione.
optimum
tam vit
Ad
conclusio
am in ha
ex qua ca
perit, mo
prij ratio
ut & a d
& in locu
giosas sup
admodum
scribens
metfi p
(quaru
de Deo
Et ad

N A T V R Æ.

orationem esse, ut boni Dijs sacrificent & adhæreant ipsis, & votis, & donarijs, et vniuersa Deorum religione. Nam hoc pulcerrimum, & optimum & commodissimum ad beatam vitam. Hæc Plato.

Ad præsentis demonstrationis conclusionem, homo natura duce, etiam in hac corrupta natura deducitur, ex qua cum ad praxin descendere cœperit, mox ut cæcus palpat, & proprijs ratiocinationibus fallitur, adeo ut & à vero Deo aberret ad idola, & in locum veri cultus Dei prodigiosas superstitiones substituat: quæ admodum & Paulus ad Romanos scribens testatur. Hinc fit, quòd tametsi præclaras γνώμας Philosophi (quarum postea nonnullas referam) de Deo tradiderunt: non tamen re-
Et à Deum & eius cultum perue-
nerint,

nerint, Quare Deo agenda sunt gratia, qui facem verbi sui accendit, quanos in salutarem sui noticiam deducit, ac veram colendi se rationem demonstrat.

Haectenus ducem naturam sequuti proprias actiones hominis in genere inquisuimus, & fundamenta iecimus firma & immota, ex quibus reliqua dependent. Verum quia actiones hominis variant pro vitae generibus, sunt nobis genera vitae distinguenda, & singulis suis proprius finis ex illis tribus compositus, accommodandus est: qua sanè contemplatione nulla erit iucundior, nulla suavior, nulla in vita communi utilior, nulla deniq; dignior aut amplior.

Vitae itaque genus in vniuersum duplex est, quemadmodum ex superioribus intelligi potest, & Aristoteles

les in E
& prac
The
templat
occupat
in quibu
situm es
Multo e
ma omni
vt alius
humani
dulcius, q
pline ann
praeterna
artes debe
ad Deum
dicit: a
famam
nendum
rebus si
tilibus v

N A T V R Æ.

les in Ethicis testatur, Theoreticum
& practicum.

Theoreticum vitæ genus in con-
templatione & in inquisitione veri
occupatur. Hinc scientiæ & artes,
in quibus maximum vitæ præsidium
situm est. Huc illud Hyparchi:
Multò est omnium rerum preciosissi-
ma omnibus ad viuendum, ars. Nam
vt alius Poëta ait: Non est vllum
humani infortunij solamen in vita
dulcius, quàm ars, dum enim disci-
pline animus vacat suæ, infortunia
præternauigat nescius. Quòd autem
artes debeant nos quasi manu ducere
ad Deum ipsum, testatur Plato, qui
dicit: artes dulcissimam Deorum
famam continere. Verùm hîc ca-
uendum, ne curiosis & inutilibus
rebus simus addicti, magis quàm v-
tilibus vitæ præsidijs. De Theore-
tico

tico vitæ genere hæc admonuisse satis sit.

Practicum vitæ genus, actiones spectat, & in ijs occupatur propter finem aliquem in vita utilem.

Est autem hoc vitæ genus triplex: Oeconomicum, politicum et spirituale. Hoc vniuersum genus, quod practicum appellamus, habet finem, qui est conseruatio ipsius per proprias actiones, Deum, vt vltimum scopum, respicientes. Nam in omni vitæ genere ita ordinandæ sunt actiones, ne ab ipso bonorum fine seu à fine finium aberrent.

Vitæ proinde Oeconomicæ finis est conseruatio familiæ, & domus, per actiones Oeconomicas, Deum vt finem bonorum respicientes.

Et quoniam eadem est conseruandi totius ratio, quæ est partis, debet in

bet in
esse, &
nistrare
& temp
tioni, ne
rationen
tioni, vt
reprime
sua fort
dit iustic
maritus
paterfam
iuges &
reddant
harmonia
columis.
Ver
ratio me
nobis ha
prâ tract
Qui

N A T V R Æ .

bet in hoc vitæ genere λόγῳ præ-
 esse, & sua prudentia domum admi-
 nistrare: Debet ἐπιθυμία modestia
 & temperantia quadam subesse ra-
 tioni, ne quid affectus contra rectam
 rationem tentent. Debet θυμὸς ra-
 tioni, vt παραστάτης adesse & affectus
 reprimere (si quando opus fuerit)
 sua fortitudine. His omnibus acce-
 dit iusticia temperatrix, quæ facit, vt
 maritus & vxor, dominus & seruus,
 paterfamilias & materfamilias, con-
 iuges & familiae sibi officia debita
 reddant, vt ita domus dulcissima
 harmonia composita conseruetur in-
 columis.

Verùm vt conseruandæ domus
 ratio melius intelligatur, proponamus
 nobis hanc demonstracionem, quæ su-
 præ traditis fundamentis nititur.

Quicquid conseruat statum Oeco-
 nomicum

DE LEGE

nomicum incolumen per se, præcipitur lege naturæ:

Coniuges mutuo amore se complecti, gignere, natos educare, tueri, instituere honestis moribus, regere disciplina, prospicere necessarijs: & rursus natos reuereri parentes, eis obedire & gratos esse, & similia analogia officia, conseruant statum Oeconomicum:

Igitur hæc lege naturæ præcipiuntur.

Maior principium immotum est. Minor ex contrarijs & consequentibus ostenditur. Nam, vt vbi hæc officia violantur, corruunt familiæ, quemadmodum multa tristia exempla docent: Ita his officijs videmus constare domos, florere & incolumes conseruari, præsertim, quando hæc Oeconomica officia ad Deum referuntur

runtur
modum
Ex
Oeconon
apud X
Plutarc
sophos et
Philosop
quarto
tur: nos
recitabim
De m
veteri Tr
Clemens
Ov xpus
TODTO
De
Tanta
Volup
Piorum
Qui m

N A T V R Æ.

runtur ut finem vltimum, quemad-
modum superius dictum est.

Ex hac demonstratione fluunt
Oeconomica præcepta, quæ plurima
apud Xenophontem, Aristotelem,
Plutarchum, & alios insignes Philo-
sophos extant. Huc multæ sententiæ
Philosophorum pertinent, quæ omnes
quarto & sexto præcepto continen-
tur: nos autem pauca exempli causa
recitabimus.

De mutuo officio coniugum ex
veteri Tragædia hos versus adducit
Clemens Alexandrinus.

ὄν χρεὸς, ὄν τυραννίς, ὄν πλάττου χλιδὴ,
τοσδὸν εἶχε διαφόρους τὰς ἡδονὰς,
ὡς ἀνδρὸς ἐοδλὸς ἢ γυναικὸς εὐσεβοῦς
Γνώμη δίκαια, καὶ φρονούσα τ' ἀνδρική.

Hæc est:

Tanta est nec auri, nec tanta tyrannidis
Voluptas, nullus splendor est iucundior,
Piorum amica coniugum concordia,
Qui mutuum fouent amorem fortiter.

Et

DE LEGE

Et Euripidis.

Ὅσις δὲ τοὺς πεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
ὅς ἔστι καὶ ζῶν καὶ θανῶν θεοῖς φίλος.

Hoc est :

Quisquis parentes in uita colit suos,
Hic carus est uiuis uiuus atq; mortuus.

Et Menander.

Ἐλλοῦ γονεῖς προπαντὸς ἐν ἡμαῖς ἔχει,
ἰκανῶς βίωσης γκροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.

Hoc est :

Honorem quisquis exhibet parentibus,
Abundè uiuet, carus ἔσθ' suis erit.

Huius sententiæ antithesin habet
Homerus, qui narrat quendam iuue-
nem occisum in bello Troiano, propte-
rea quòd parentibus τὰ θρεπτήρια, non
persoluerit.

Hactenus de Oeconomica uita
dixi ex fontibus legis naturæ. Vnde
moralis Philosophus qui de Oecono-
mico statu præcipere instituit, prin-
cipia ἔ demonstrationes petere de-
bet.

Vitæ

Vit
tranqui
etiones
ferri de
politici
mines i
mana s
mus soc
Caenda
rum act
rum quo
cōserua
tium, qu
etionum
requirun
bus ἔ d
quiri di
ad con
dentia,
sticia:
tia imp

N A T V R A E.

*Vita politica finis est politiarum
tranquillus & pacificus status per a-
ctiones politicas: quæ omnes eò re-
ferri debent, vt maneat iusta ordinis
politici harmonia, seruato inter ho-
mines iure analogo, & Deus in hu-
mana societate, tanquàm finis vlti-
mus societatis humanæ constituatur.
Cauendum itaq;, ne ab hoc fine bono-
rum actiones politicae aberrent. Ve-
rùm quoniam eadem ratio est totius
cõseruandæ, quæ est singularum par-
tium, quantum quidem ad genus a-
ctionum attinet: eadem virtutes hîc
requiruntur, quas in singulis homini-
bus & deinde in singulis familijs re-
quiri diximus. Requiritur itaque
ad conseruationem politiarum pru-
dentia, temperantia, fortitudo & iu-
sticia: idq; hoc ordine, vt sola pruden-
tia imperet, reliquæ autem quæq; suo*

H loco

Vita

DE LEGE

loco & ordine obtemperent, vt Plato docet. In harum enim harmonia consistit, quod est in vita difficilissimum, videlicet: τὸ εὖ ἄρχεαι καὶ τὸ εὖ ἄρχεσθαι, Hoc est, Rectè imperare & rectè parère. Omnes ergo hæ virtutes requiruntur, cum in eo qui imperat, tum in eo qui imperio paret. Qui imperat, opus habet fortitudine, qua ciues in officio contineat & noxia à ciuibus auertat: opus habet temperantia, ne affectibus prauis indulgens harmoniam societatis humane dissoluat: Opus habet iusticia, qua contractus regat, honores & operas distribuatur, præmia conferat, supplicia ordinet, seruata in singulis debita proportione, hoc est, in alijs Geometrica, vt in officijs & præmijs: in alijs Arithmetica, vt in contractibus.

His

His
raticem
minus ad
requirunt
morate,
sticia, q
adhibenda
trinq; se
cam &
stare res
nant.

Vt a
ratio man
monstrati
mentis su
Quic
ticum, le
autem n
sine ora
rum, ho
torum:

NATURÆ.

His omnibus prudentiam moderatricem adhibere necesse est. Nec minus ad benè & legitimè parendum requiruntur virtutes suprà commemoratæ, fortitudo, temperantia, iusticia, quibus moderatrix prudentia adhibenda est. Nam hæ virtutes vtrinq; seruata τὴν ἰσότητα Geometricam & Arithmeticam, sine quibus stare respublicæ nequeunt, conseruant.

Vt autem conseruandæ politiæ ratio manifestius constet, hanc demonstrationem quæ nititur fundamentis superius traditis intueamur.

Quicquid conseruat statum politicum, lege naturæ præcipitur. Hic autem nequaquam conseruari potest, sine ordine superiorum & inferiorum, hoc est, magistratuum & subditorum: Proinde magistratuum &

H 2 subdi-

DE LEGE

subditorum ordo, lege naturæ com-
mendatur. Nam si laceratio humanæ
societatis est contra naturam: & qui
hanc efficit, ἀναρχία contra naturam
erit. Natura igitur requirit superio-
rum & inferiorum ordinem.

Præterea, cum non possit status
politicus incolumis esse, nisi iuste cum
socijs, fortiter contra hostes, modestè
& prudenter cum omnibus agatur:
sequitur legem naturæ in politica so-
cietate istas quatuor virtutes requi-
rere, quibus multæ aliæ, ut species,
subiiciuntur, quæ ad politiarum inco-
lunitatem requiruntur: de quibus
Cicero elegantur & sapienter, natu-
ram ducem sequutus, in libris de offi-
cijs scripsit: & nos postea earum ca-
talogum quendam recitabimus, addi-
tis breuibus definitionibus & docto-
rum hominum sententijs.

Huc

Huc
Sed nos
causa ass
extant d
bus mag
ficia vel
locum se
ut sunt:
Hinc
appellati
ctus pate
ditos: ita
lis storga
varia
est, fulc
puli. Ut
suo nitu
Ita pop
stratus,
bit: sub
evertita

N A T V R Æ.

Huc sententiæ plurimæ pertinent,
Sed nos paucas quasdam exempli
causa ascribemus. Apud Homerum
extant dulcissimæ appellations, qui-
bus magistratum & subditorum of-
ficia veluti pinguntur, quæ singulæ
locum sententiarum supplere possunt,
vt sunt:

ἠπιος πατήρ, *blandus pater*, qua
appellatione, vt significatur affe-
ctus paternus magistratus erga sub-
ditos: ita in subditis requiritur simi-
lis storga.

Βασιλεὺς, *quasi Βάσις τοῦ λαοῦ*, id
est, *fulcrum seu fundamentum po-
puli*. Vt enim ædificium fundamento
suo nititur, & eo subruo collabitur:
Ita populus legibus et potentia magi-
stratus, tanquàm fundamento incum-
bit: sublatis legibus & magistratu,
euertitur.

H 3 Xenoc

Xenophon explicans versum
 Homeri de Agamemnone: ἀμφοτέρω
 βασιλεύς τ' ἀγαθός, κρατύροσ τ' ἀχμῆτης,
 monet eum tandem Regem bonum
 esse, non qui suæ vitæ curam habet:
 sed qui eos beatos & felices reddit,
 quibus imperat. Ideo enim rex eli-
 gitur inquit, οὐχ ἵνα ἑαυτοῦ καλῶς
 ἐπιμελῆται, ἀλλὰ ἵνα καὶ οἱ ἐλόμενοι διὰ
 τοῦτο εὖ πράττουσι, hoc est, non ut suam
 ipsius curam gerat: sed ut etiam qui
 illum elegerunt, propter ipsum benè
 habeant & felices sint.

ἡγεμῶν, dux: quia sapientia &
 disciplina populum ducet rectè ad
 virtutem & felicitatem.

κοσμητῶν: quia multitudini ordi-
 nem præfigit, quo nullum ornamen-
 tum pulcrius, nihil in republica uti-
 lius. Quare rectè Ischomachus uxore
 monet, cum inquit:

ἔσι δ'

ἔσι δ' οὐ
καλῶς α
uxor,
neque
stam,
mē
tus sing
columi
debet.
ποι
Hac in
stratui e
ficatur.
rum:
suorum
Platon
σκοπος
tur, id
inspic
singul
los ad

N A T V R Æ.

ὅτι δ' οὐδὲρ οὕτως ὡ γλῶσσαι οὐτ' εὐχρηστον, οὔτε
καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις, hoc est, ὁ
vxor, non est quicquam hominibus,
neque tam vtile, neque tam hone-
stam, quàm ordo.

Μέδωρ: propterea, quòd magistra-
tus singulari cura & solitudine in-
columitatem suæ reipublicæ tueri
debet.

Ποιμὸν λαῶν, pastor populorum:
Hac imagine qualisnam curam magi-
stratui esse debeat pro ciuibus signi-
ficatur. Vt enim pastor ouium sua-
rum: Ita magistratus subditorum
suorum curam habeat necesse est.
Platoni interdum magistratus ἐπι-
σκοπος: & Xenophonti ἑφορ & dici-
tur, id est, inspector, quia diligenter
inspicere debet magistratus, quid
singuli ciues agant: incitabit singu-
los ad sua officia præstanda, ad obe-

H 4 dienti-

DE LEGE

dientiam duabus rebus, nempe præmijs & pœnis inuitabit. Non sufficit, ut ait Xenophon, ciues habere honestas leges, nisi sint etiam νομοφύλακες, qui sunt inspectores: laudantes eos qui imperata faciunt: & contrâ punientes legum transgressores.

Præterea, quanta cura magistrati esse debeat pro salute ciuium suorum, indicatur Homericò versu:

οὐ γὰρ παννύχιον ἔυδαρ βουλευφόρον ἄνδρα.
 Hoc est, Non oportet principem qui multis consulere debet, totam stertere noctem. Et Sophocles: ὄρ πόλις σήσειε, τῶτον γὰρ κλύειν, Hoc est: Quem respublica constituerit, huic obedire oportet. Idem: καλῶς μὲν ἄρχαι, ἔυ δ' ἄρ' ἀρχεσθαι δέλειν. Hoc est: benè impera & benè päre. Huc addit rationem Poëta ex natura petitam. Dicit enim iustum imperium, in quo

maio-

maiore
 iuste ob
 blicam
 funditu
 Sunt a

Ἀναρχία
 Αὐτὴ τὸ
 Οἰκουε τ
 τροπασ
 Σὺν τὰ
 Οὐτως εἰ

Anarchia
 Hec ciuitat
 Perire fami
 Ignauos in
 Parere imp
 Atq; ideo q

Ver
 supra
 politica
 societa
 timum

N A T V R Æ.

maiores rectè imperant, & subditi
iustè obtemperant, conseruare rempu-
blicam: & contrà, eandem perire
funditus, Vbicunque fuerit ἀναρχία.
Sunt autem hæc poëtae verba:

Αναρχίας γὰρ μᾶλλον οὐκ ἔστι κακόν.
Αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν, ἢ δ' ἀναστάτους
οἴκους τίθησιν, ἢ δ' ἐν μάχῃ δ' ὀρός
τροπᾶς καταρήγνυσι: τῶν δ' ὀρθομυλιῶν
σώζει τὰ πολλὰ σώματα ἢ παιδ' ἀρχία.
οὕτως ἀμωπὲ' ἔστι τοῖς κοσμουμυλοῖς.

Hoc est:

Anarchia maius non est malum,
Hæc ciuitates euertit, hæc funditus
Perire familias facit, hæc belli tempore
Ignauos in fugam conuertit. At contrà
Parère imperio multorum salus est,
Atq; ideò qui præsumt obedientiam tueri debent.

Verùm hîc obseruandum est, quod
suprà admonui de fine ultimo vitæ
politice, qui est, vt omnia in humana
societate ad DEVM tanquàm vl-
timum scopum referantur. Cogitatio

H 5 huius

DE LEGE

huius finis monet *Utrumq;*: cum eum
 qui imperat, ne quid contra *DEVM*
 mandet suis: tum eum qui paret, ne
 in rebus illicitis, hoc est, pugnantibus
 cum lege naturali & diuina,
 obediat principi. Nam hinc Socratis
 responsum apud Platonem locum ha-
 bet, qui cum amici hortarentur, ut
 senatui Atheniensi cederet, quò mor-
 tis supplicium euaderet, respondit:

Εγὼ ὑμᾶς ἄνδρες Ἀθηναῖοι ἀπαύζομαι μὴ
 καὶ εἰλῶ, πείσομαι δὲ τοῦ θεῷ μᾶλλον ἢ
 ὑμῖν.

Hoc est:

Ego vos, ô viri Athenienses,
 veneror quidem & amo, at *DEO*
 potius quam vobis obtemperabo. Huc
 & illud Thebanæ virginis apud eun-
 dem poëtam, quæ cum iuberetur an-
 teferre Regis edictum naturæ legi-
 bus, forti animo in hanc sententiam
 respondit: Nequaquam existimo

tua

N A T V R Æ.

tua decreta tantum valere, ut, cum homo sis, possis Deorum non scriptas, firmissimas tamen leges violare. Non enim ad breue tempus sed semper vigent valentque. Ex his patet quoniam sint fontes, quæ metæ legum civilium, & quomodo ad sua principia reuocare omnia in civili gubernatione oporteat.

Vitæ spiritualis finis est eius conseruatio per actiones huic vitæ congruentes, quales sunt: Deum agnoscere, agnitum colere, timere, glorificare, &c. Ad hanc vitam spirituales Oeconomicus status & politicus tanquam ad vltimum scopum referri debent, à quo qui aberrat inuertit naturæ ordinem, & pœnas sibi accersit.

Ad huius vitæ conseruationem requiruntur supra cõmemorata virtutes:

NATVRE.

tutes: prudentia, fortitudo, temperantia & iusticia: licet differentia harum virtutum propter obiecti rationem modo quodam variant. Demonstratio autem hæc est:

Quicquid conseruat statum vitæ spiritualis, lege naturæ præcipitur:

DEVM agnoscere, & ad eum omnia referre tanquam ad finem bonorum, conseruant statum vitæ spiritualis:

Proinde vt hæc lege naturæ præcipiuntur: ita quæ his contraria sunt vetantur. Maior axioma est, pendens ex principijs antea recitatis. Minor demonstratur hoc modo:

Supremæ virtutis suprema actio versans circa nobilissimū obiectum, est finis hominis:

Deum agnitum colere est suprema virtutis hominis suprema actio, versans

N A T U R Æ.

*versans circa nobilissimū obiectum :
Ergo hæc est finis hominis, quantum
quidem ad spiritualem vitam attinet.*

*Hanc minoris demonstrationem
Philosophus colligit hoc modo: status
optimæ vitæ in felicitate positus est.
Hæc felicitas in tribus consistit, in
actu altissimæ potentie in homine,
quæ est intellectus: in habitu nobilif-
simo, qui est virtutis: in obiecto di-
gnissimo, nempe Deo.*

*Huc usque humana ratio rectè
progrreditur. Verùm cum ex conclu-
sione positæ demonstrationis, actiones
huic vitæ congruentes, extruere mo-
litur, tota errat via. Sicuti cum ex-
perientia Paulus testatur ad Rom: 1.
Socrates clamat Deum colendum es-
se, & multis argumentis aduersari-
um, qui aliter sentit, refutat: præterea
addit Deum colendum esse, non alio
cultu,*

DE LEGE

cultu, quàm qui à Deo ipso institutus est. Verùm, cum hinc progredi incipit Socrates, tanquàm cæcus à vero Deo aberrat, & horrendis erroribus inuoluitur.

Porro, cum demonstratione nostra congruunt multæ gnomæ, quæ passim apud Poëtas & Philosophos leguntur.

De unitate Dei ex multis, has paucas ascribere placuit. Omnes Sibylle unum Deum prædicant. Erythraea, ut refert Lactantius, ita canit:

Εἷς θεός, ὃς μόνος ὄσιμ ὑπὲρ μεγέθης ἀρχύκτος.

Hoc est:

Unus Deus, qui solus est maximus & æternus.

Quòd hic omnia condiderit testatur eadem his versibus:

Ἀλλὰ θεός μόνος εἷς πανυπέρτατ^ο, ὃς πε-
ποιήκεν,
Οὐρανὸν, ἠελιόντε, καὶ ἀσέρας, ἠδὲ σελιώλω,
καρῶ=

N A T V R Æ .

καρποφόρον γαίαντε, καὶ ὕδατος οἰδματα
ᾧόντου.

Hoc est:

*Sed Deus solus vnus est super
omnia, qui fecit cælum Solémque &
stellas atq; lunam, Et cum his ferti-
lem terram & fluctus maris.*

*Et alia Sibylla in persona Dei
loquens, ita canit:*

Εἷς μόνος εἰμι θεός κ' ὄντι ἕσι θεός ἄλλος.

*Iustinus Martyr Pythagoræ ver-
sus de vnitate Dei hos asscripsit, in
libro de Monarchia:*

Εἷς ὡς ἕρξ θεός εἰμι παρέξ ἑνός οὔτος ὀφέλλαι,
κόσμου ἴσος τῶτω σήγας εἰπέρ, ἐμὸς οὔτος.

Hoc est:

*Si quis præter vnum dicat, De-
us sum: hic debet mundum similem
huic conditum ostendere & dicere,
hic meus est. Multæ huiusmodi sen-
tentia apud Platonem, Xenophon-
tem, Sophoclem, Euripidem, Home-
rum,*

DE LEGE

rum, Menandrum & alios inueniuntur, quas breuitati studens omitto.

De prouidentia huius vnius Dei extant inter alias hæ sententiæ.

πάντη γὰρ ὄσι πάντα καὶ βλέπει θεός.
Vbiq; adest & omnia cernit Deus.

Idem.

ὄξύς θεοῦ τ' ὀφθαλμός εἰς τὸ πάντα ὄρα.
Dei oculus acutus est, adeò vt omnia contempletur.

Xenophon **DEVM** vocat σόφορ δαμίουργον καὶ φιλόζωον, Hoc est, sapientem & amantem animalium opificem. Idem ait: Noueris Deum esse tantum & talem, vt omnia simul videat, & omnia simul audiat, & vbiq; adsit, & simul omnium curam habeat. Hunc vnum colendum esse & alijs multis argumentis docet: & forma hominis erecta in cælum idem significari astruit, quem imitatus latinus

N A T V R Æ.

tinus Poëta in hunc modum loquitur:

Os homini sublime dedit, cœlumq; videre
iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

De cultu Dei antiquissimus
Poëta Philemon, vt Iustinus refert,
ita ait: θεῶ δ' δῦε διὰ τέλους δίκαιος ὄρ.
Hoc est: Deo sacrificia iusticia.
Idem: Si quis offerens sacrificium, ὁ
Pamphile, taurorum multitudinem
aut caprorum, aut per Iouem alia hu-
iusmodi, aut structuras aureas, præ-
parans chlamydas & purpureas, aut
per elephanti aut Smaragdi animalia
existimet se Dei sibi conciliare be-
neuolentiam, omnino errat & leuem
mentem habet: Oportet potius vt vi-
rum bonum se præbeat, ne stuprator
sit virginum, aut adulter, ne furetur
& occidat, ne videat aliena & con-
cupiscat, siue uxorem, siue domum,
siue possessionem, puerum, ancillam,
I equos,

DE LEGE

equos, boues, &c. Imò, mi Pamphile, ne aciculæ vnum funiculum concupieris. Deus enim præsens coram te cernit, qui operibus iustis delectatur, non iniustis. Huiusmodi sententias de vnitatè DEI, de creatione, prouidentia & cultu, quales multæ apud Philosophos & Poëtas extant, tenere admodum iucundum est.

Dixi de vita Oeconomica, politica & spiritali, & quæ sint cuiusque propriæ actiones in genere, demonstraui: Iam quia lex DEI, quam vsitatè decalogum appellamus, dicitur legis naturæ epitome: quædam breuiter quomodo decalogi præcepta ad ea, quæ dicta sunt, congruant, ostendam.

Ad statum itaque vitæ spiritalis primam pertinere tabulam immediatè,

N A T V R Æ.

diatè, non est dubium. Hæc enim in
summa Deum colendum et celebran-
dum esse docet, & quomodo id fieri
oporteat, ostendit.

DEMONSTRATIO
PRIMÆ TABULÆ.



DEVS colendus est à toto ho-
mine quemadmodum suprà de-
I 2 monstra-

DE LEGE

monstratum est. Homo autem constat anima & corpore. Ergo DEVS colendus est animo & corpore, hoc est, corde, iuxta primum preceptum, ore & lingua iuxta secundum, vita & externis moribus iuxta tertium.

Modus cultus Dei pulcherrimo ordine hic indicatur. Initium enim sumit à corde, deinde in ore & lingua se profert, Postea vita & externis moribus se declarat. Cordis appellatione intelligantur omnes animæ vires interiores, videlicet, ut mens illuminata quæ Dei sunt rectè intelligat, ut affectus ardeant amore Dei, ut voluntas ita sua sponte Deo sit addicta, ut nihil velit nisi quod in gloriam Dei cedat. Hunc cultum cordis quem natura, oris & externæ vitæ cultus sequitur, etiam ethnici na-

NATVRÆ.

ci naturali luce intellexerunt, etsi
postea in conatu à vero Deo aber-
rarunt.

DEMONSTRATIO

SECUNDÆ TABVÆ

le generalis.

Quicquid conseruat statum Oe-
conomicum & politicum, lege
naturæ præcipitur: & quicquid tur-
bat & euertit, eadem prohibetur.

Vt autem opera præcepta in se-
cunda tabula conseruant Oeconomi-
cum & politicum statum: ita in ea-
dem prohibita turbant & euertunt.

Illa igitur mandantur, hæc ve-
tantur.

Maior est principium, quod su-
prà est declaratum. Minorem con-
firmabimus singulorum secunde ta-
bulæ præceptorum demōstrationibus.

I 3 DE=

DE LEGE
DEMONSTRATIO
QUARTI PRÆCEPTI.



Q Vicquid conseruat Oeconomi-
cum: & politicum statum iuris
est naturalis: vt quæ contraria sunt
cum natura pugnant.

Analogæ officia superiorum, vt
parentum & magistratus: & infe-
riorum, vt liberorum & subditorum
conser-

NATURÆ.

conseruant *statum* Oeconomicum & politicum.

Hæc igitur officia lege naturæ mandantur, & quæ his contraria sunt, prohibentur, vt humana societati inimica & noxia.

Ordo in hac tabula dignus est qui obseruetur, Vt enim in prima tabula initium fit à fundamento cultus Dei: ita hîc ab obedientia erga superiores, quæ est mater omnium officiorum, quæ in sequentibus præceptis requiruntur.

DEMONSTRATIO
QVINTI PRÆCEPTI.

QVicquid turbat humanam societatem siue in Oeconomico statu siue politico, lege naturæ interdictum est.

I 4 Odia

ATIO
CEPTI.



eruat Oeconomi-
cum statum iuris
e contraria sunt
superiorum, et
ctus: & infe-
& subditorum
confer.



Odia, conuicia, rixæ, homicidia, turbant humanam societatem: Igitur, Odia, conuicia & homicidia iure naturali vetantur. Et contra: cum amor mutuus, amica colloquia, beneuolentia, concordia, studium conseruandi se mutuò & defendendi, conseruant humanam societatem: Igitur à natura requiruntur.

DE

NATURÆ.
DEMONSTRATIO
SEXTI PRÆCEPTI.



Quicquid pugnat cum honestate
in statu Oeconomico, & politi-
co, lege naturæ interdictum est:

Vagæ libidines & incestus pu-
gnant cum honestate, quam natura

15 in

rixæ, homicidia,
societatem: Igitur,
homicidia iure na-
Et contra: cum
rica colloquia, be-
dia, studium con-
& defendendi,
societatem: Igi-
entur.

DE

DE LEGE

in omni vitæ statu efflagitat. Prohibentur igitur vagæ libidines & incestus lege naturæ. Et contrà: Honestæ & legitima copula coniugalis seminarium est humanæ societatis. Coniugium igitur legitimum, lege naturæ commendatur.

De incestu, hoc est, de copula personarum, quæ vel cognatione, vel affinitate coniunctæ copulari lege naturæ prohibentur, obscurior est in hac corruptione ratio.

Plutarchus olim necessarias ducere prohibitum fuisse scribit, cuius rei honestissima est ratio ac rectissima, videlicet, ut quemadmodum sanguine iuncti se inuicem diligunt: ita necessitudinis vinculum in multos diffusis coniugijs, & non intra eosdem parietes manentibus, plures caritate connecteret. Sic enim serpere

pere ex
humani
Cicero in
cum ita
cessario
affiniam
Huc a
omnibu
dicant
ijs perso
finitas a
(inquit
humane
rale, atq
causa pro
norem, e
neratric
erubesc
ciciam
hac nat
infirmi

pere extendique caritatem generis
 humani manifestum est. Quod &
 Cicero in 5. de finibus docet. Quod
 cum ita sit, lege naturæ prohiberi ne-
 cessariorum, hoc est, cognatorum &
 affinium coniugia, quis non videt?
 Huc accedit naturale iudicium in
 omnibus sanis hominibus, quo iu-
 dicant omnes, abstinendum esse ab
 ijs personis, quos vel cognatio vel af-
 finitas arctissimè copulauit. Nescio
 (inquit Augustinus) quomodo inest
 humanæ verecundiæ quiddam natu-
 rale, atque laudabile: ut cui debet
 causa propinquitatis verecundum ho-
 norem, ab ea contineat, quamuis ge-
 neratricem tamen libidinem, de qua
 erubescere videmus, & ipsam pudici-
 ciam coniugalem. Verum quia in
 hac naturæ humanæ depravatione,
 infirmior est in multis huius legis, de
 illicita

DE LEGE

illicita necessariorum personarum copula, agenda sunt Deo gratia, qui hanc legem Leuitici 18. repetit, & monet multas gentes fuisse exterminatas propter huius legis violationem.

Iam quæri etiam potest, an lege naturæ in vno coniugio, tantum debeant copulari duæ personæ, nempe vnus masculus & vna fœmina, non vnus masculus & multæ fœminæ, præsertim cum videamus quosdam ex sanctis patribus habuisse eodem tempore duas & aliquando plures vxores. Ad hanc quæstionem, cum non exemplis, sed lege naturæ sit iudicandum, clarè pronuncio, violare legem naturæ, quicumque simul plures vxores habent.

Huius responsionis quatuor sunt rationes à natura petita.

Prima,

NATURÆ.

Prima, societas coniugalis æqualem obligationem mariti & uxoris requirit, quantum ad usum corporum attinet. Vbi autem maritus vnus habet plures uxores, vel vna fœmina plures maritos, seruari non potest in obligatione æqualitas. Nunc autem cum inæqualitas sit contra naturam, est etiam contra naturam, si plures personæ in vno coniugio copulentur, quàm duæ, vnus masculus, & vna fœmina.

Secunda, dicitur recta ratio quòd nullus debeat se obligare ad aliquid impossibile. Iam autem fieri non potest, vt vnus vir peræquè obligatus sit pluribus vxoribus, sicuti vni soli. Quare cum natura pugnat copulatio vnius viri cum pluribus fœminis.

Tertia,

DE LEGE

Tertia, pax domestica conseruari non potest, vbi vnus maritus, plures habet vxores: fieri enim non potest, quin zelo quodam mulierculæ aduersus se inuicem inflammentur, vnde iurgia oriuntur, & ex his domus quædam perturbatio, quæ cum natura pugnat.

Quarta, Ius naturæ est, vt nemo faciat alij, quod sibi nolit fieri, maritus ergo cum nolit vxorem suam pluribus nubere viris, debet vna contentus esse. Hoc ius ἀνάλογον cum violatur, legi naturæ vis fit, & iniuria alteri coniugum.

DEMONSTRATIO

SEPTIMI PRÆCEPTI.

Quicquid destruit humanam societatem, quicquid domos & politias euertit, cum natura pugnat: Fraudes,



Fr
mit. hu
domos
H
tur. E
human
mia ta
ralis:
D

LEGE

NATURÆ.



Fraudes, furta, latrocinia, destruunt humanam societatem, euertunt domos & politias:

Hec igitur lege naturæ vetantur. Et contrà: Quicquid conseruat humanam societatem cum in Oeconomia tum in politia, id iuris est naturalis:

Distinctio dominiorum, fides in contra-

domestica conseruati
 mus maritus, plures
 eri enim non potest
 in muliercula adue
 rsummentur, de
 & ex his domi
 natio, quæ cum natu
 ra est, ut non
 sibi nolit fieri, nec
 t uxorem suam ple
 is, debet diu con
 rias æquales con
 ure vis fit, & in
 m.
 STRATIO
 RECEPTI.
 ruit humanam se
 quid domos &
 natura pugnat:
 Fraudes,

DE LEGE
contractibus & candor, conseruat
humanam societatem. Igitur hæc le-
ge naturæ mandantur.

DEMONSTRATIO
OCTAVI PRÆCEPTI.



Quicquid facit ad societatem ho-
minum conseruandam, lege na-
turæ requiritur.

Certi-

Ce
inter h
nem so
requir
M
enim n
titudi
num so
tura d

DE

NEn
ins
debet a
P
ra reg
alteri
E
ceptor

NATURÆ.

Certitudo in artibus & veritas inter homines facit ad conseruationem societatis humanæ: Igitur hæc requiruntur lege naturæ.

Minor illustratur antithesi: Est enim manifestum, mendacia & incertitudinem in artibus destruere hominum societatem. Atque ideò lege naturæ interdicta esse.

DEMONSTRATIO

NONI ET DECIMI

Præcepti.

N*E*mo vult, vt alius sua bona iniuste concupiscat: Igitur, nemo debet aliena bona iniuste appetere.

Probatur consequentia hac naturæ regula: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Hæ sunt demonstrationes præceptorum Decalogi petita ex principijs

K pijs



pijs immediatè pertinentibus ad con-
seruationem humanae societatis. Ve-
rùm quia supra sepè dictum est,
omnes vitæ status ad DEVM tan-
quam vltimum finem referendos es-
se: querendæ sunt etiam rationes
præceptorum à Dei voluntate, &
natura, hoc modo:

DEVS

DE
 nium bo
 dus est,
 da à sua
 D
 gratitu
 præcept
 D
 nem de
 cidium.
 D
 stisimus
 tatem re
 D
 tur mal
 homici
 bus cu
 Etatur
 D
 offend
 tatem.

NATURÆ.

D E V S est fons & dator omnium bonorum: Igitur Deus colendus est, & ei gratitudo est præstanda à sua creatura.

D E V S amans est ordinis atq; gratitudinis: ideo quartum edidit præceptum.

D E V S non vult suam imaginem destrui: Prohibet igitur homicidium.

D E V S est purissimus & castissimus: Igitur puritatem & castitatem requirit à rationali creatura.

D E V S est iustissimus: Igitur malum dolum, furtum, fraudem, homicidia abominatur, & virtutibus cum his vitijs pugnantibus deletatur.

D E V S est verax: Igitur offenditur mendacio & amat veritatem.

K 2 **D E V S**

D E V S

ertinentibus ad con-
ane societatis. Ve-
sape dictum est,
ad DEVM tan-
nem referendus es-
ont etiam rationes
dei voluntate, &



*DEVS est sanctus & purus :
Non vult ergo animos nostros impu-
ritate concupiscentiarum cōtaminari.*

*Potest etiam secunda tabula ex
lege dilectionis proximi, quæ natura-
lis est demonstrari hoc pacto:*

*Qui diligit proximum, ei debi-
tum honorem præstat, & analogum
reddit officium iuxta quartum præ-
ceptum*

ceptum
nec in
betur
conim
præ e
septim
hibiti
quæ
tur da
ita leg
sunt,
Qu
ciale e
concili
ad vñ
ste):
nitio
virt
in on
decla

NATURÆ.

ceptum: ei nullam iniuriam facit, nec in persona propria: quod prohibetur quinto præcepto, nec in persona coniuncta, iuxta interdictum sexti præcepti: nec in rebus, prout exigit septima lex: nec in dictis, iuxta prohibitionem octavæ legis: nec corde, quæ illius sunt, appetit, quod vetatur duobus postremis præceptis. Atq; ita leges secundæ tabulæ effectus sunt, & propria dilectionis officia.

Quoniam autem homo animal sociale est, & virtutis est proprium conciliare sibi animos hominum & ad usus suos adiungere (Cicerone teste): catalogum virtutum, cum definitionibus adiungam, ut in conspectu virtutis partes habeantur, quas in in omni vita lucere oportet.

Sequamur autem in virtutum declaratione Ciceronem potissimum,

K 3 cum



sanctus & purus:
imos nostros impi-
tiam cotaminari.
secunda tabula ex
oximi, quæ natura
hoc pacto:
oximum, ei debi-
t, & analogum
ta quartum præ-
ceptum

DE LEGE

cum propter breuitatem, tum propter orationis perspicuitatem & proprietatem.

Virtus, ἀρετή, à Cicerone definitur hoc modo: Virtus est animi habitus naturæ modo rationi consentaneus. Veteres autem sic: Virtus est ars benè rectèque viuendi. Huic opponitur vitium, κακία, habitus animi, naturæ iudicio cum recta ratione pugnans. Vt autem virtus animos hominum sibi conciliat & ad vsus suos, vt dictum est, accommodat: ita vitium animos hominum alienat, & ab vsibus suis auertit. Quare vt illam expetendam natura dicat, ita hoc fugiendum eadem magistra docemur.

Huc illa virtutis commendatio apud Menandrum:

ἔπλορ μέγιστόν ἐστι ἡ ἀρετὴ βρωτοῖς.

Hoc

N A T V R Æ.

Hoc est:

Virtus maxima armatura est mortalibus. Et Isocratis ad Demonicum: τῆς ἀρετῆς οὐδὲν κτήμα σεμνότερον, οὐδὲν βεβαϊότερον: Hoc est: Virtute nulla possessio venerabilior neque firmior.

Et Menander:

καρπὸς τῆς ἀρετῆς ὄσιον εὐτακτὸν βίον,
Fructus virtutis est benè composita vita. Quid de vitio, quod virtuti aduersatur, sentiendum sit, ex contrarijs effectibus facile colligi potest.

Virtutis partes iuxta Platonem & Ciceronem sunt quatuor, Prudentia, Iusticia, Fortitudo & temperantia. Has quatuor virtutis partes, suprâ admonui requiri ad conseruationem naturæ humanæ, & societatis inter homines conciliandæ, de quibus nunc ordinè dicendum est.

K 4 DE

DE LEGE
DE PRVDENTIA
& eius partibus.



PRVVDENTIA, φρόνησις, est
rerum bonarum & malarum &
vtrarumq; scientia: Seu, vt Aristo-
teles definit: Prudentia est habitus,
vera ratione ad ea agenda idoneus,
quæ vitæ hominum conducunt uel ob-
sunt. Huic opponitur ἀφροσύνη, quæ
est

est in se
agenda
quæ op
ra lege
ne ea n
P
gna est
ἀγαθῶν
Id est
mum
idem
ἀφροσύνη
Hoc est
no beat
Pr
merat
proui
M
animi
Hec
quia

EGE
DENTIA
artibus.



ENTIA, φρόνησις, est
& malorum
Sen, ut Aristo-
lentia est habitus,
agenda idoneus,
onducunt vel ob-
ur ἀφοραία, quae
est

N A T V R A E.

est inscitia, qua quis ineptus est ad agenda singula suo loco & tempore quæ oportet. Hanc prudentiam naturæ lege requiri, ex eo liquet, quòd sine ea nihil rectè agi potest.

PRUDENTIÆ laus magna est apud Poëtas. Menander ait:

ἀγαθὸν μέγιστον ἢ φρόνησις ὄσι δαί.
Id est, Prudentia semper est maximum bonum. Causam huius laudis idem Poëta subiungit, cum ita ait:

ἄρ' εὐφροῆς, τὰ πάντα γε εὐδαίμων ἔσῃ,
Hoc est: Si prudenter egeris omnino beatus eris.

Prudentiæ partes Cicero tres numerat, memoriam, intelligentiam, providentiam.

Memoria μνήμη, est per quam animus repetit illa quæ fuerunt: Hæc ideo prudentiæ pars censetur, quia ad prudenter agendum requiri-

K 5 tur

tur multorum experimentum, quod haberi nequit absq; memoria præteritorum. Nam experimentum, ut inquit Aristoteles, est ex pluribus, ut ita dicam, memorijs. Cum memoria pugnat obliuio, ὀλίθη, cui succurrit reminiscencia, ἀνάμνησις, quæ est inquisitio eius quod memoria excidit.

Laus memoriæ est quod rerum omnium sit thesaurus, & custos cæterarum ingenij partium. Huic maximum lumen ordo adfert, teste Simonide.

Intelligentia, νόσις, est per quam ea perspicit animus quæ sunt, seu, est ipsa mentis perceptio. Huius duplex munus est. Vnum quo res simplices absolutè tenemus seu percipimus: Alterum quo res intellectas comparamus inter sese & æstimamus, vnde alia cõponimus in affirmando, alia di-

uidi-

uidimus in negando, alia ex alijs col-
ligimus ratiocinando. Huic ancillan-
tur, mens, sensus, imaginatio, & ex-
perientia, de quibus supra diximus.
Sine hac intelligentia suum nomen
prudencia tueri nequit. Nam eius
pars est, vt ita dicam, substantialis,
quæ circa præsentia versatur, vt me-
moria præteritorum est.

Huic opponitur hebetudo, ἀνωμα-
σία, acuminis & perspicaciæ priua-
uatio, qua præditi inepti sunt ad om-
nem humanitatem et disciplinam, be-
stia potius quam homines censendi.
Hinc facile intelligere est magnas
intelligentiæ laudes esse, vt quæ om-
nium artium & actionum honesta-
rum mater est.

Prouidencia, πρόνοια, est per quam
futurum aliquid videtur antequam
factum sit.

Huic

DE LEGE

Huic opponitur, ἀπρονοοσία, qua fit ut futura non prospiciamus consilio, quod est iuxta Senecæ sententiam, oculus futurorum. Providentiæ officium est ex præteritis et præsentibus futura perpendere et æstimare, atq; consilio maturo præmunire animum, priusq̃ quis rem aggrediatur.

Ad providentiam quoq; referenda est diligentia, ἐπιμέλεια, quæ est prudentia in prospiciendo fine et medijs ad finem, & intentio animi in medijs illis parandis & tuendis. Seu, est deliberatio de fine & de medijs, & quædam voluntatis contentio, & constantia in tuendis medijs.

Huic opponuntur ignavia & πολυπραγμοσύνη, Illa facit ut nostrum munus negligamus: Hæc ut aliena curemus: de qua hic versus vulgò fertur: ἡ πολυπραγμοσύνης οὐδὲν χροεώ-

τερον

τερον
te pei
passim
nandr
πῆρ

O
Et ill
cantis
deò fo
caueri
quim in

D

VS
bitu
serua
Aris
animi

LEGE

NATVRÆ.

περὶ ἄλλο, Hoc est: Nihil curiosita-
te peius. Diligentia elogia multa
passim occurrunt, quale est hoc Me-
nandri:

πῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίνεται,

Hoc est:

Omnia diligentiae subiiciuntur:
Et illud Demosthenis: Nihil est
cautis hominibus & circumspectis a-
deò formidabile, quin diligentia præ-
caueri possit, neq; vllum malum est,
quin incautis et pigris euenire queat.

DE IUSTICIA
& eius partibus.

IUSTICIA, δικαιοσύνη, est ha-
bitus animi communi vtilitate con-
seruata, suum cuique tribuens, seu vt
Aristoteles definit, Iusticia est ea
animi affectio, qua apti homines sunt
ad

ur, ἀπεροχία, qua
prospiciamus conse-
ta Seneca sententi-
riam. Providentia
eteritis et presen-
endere et estimare,
uro præmunire an-
rem aggrediatur.
ntiam quoq; referen-
, ἐπιμελεια, que est
ficiendo sine et me-
intentio animi in
dis & tuendis. Sen-
e sine & de medijs,
ntatis contentio, &
dis medijs.
ntur ignavia & nos
lla facit vt nostrum
: Hec vt aliena
hic versus vulgò
σοσύνης οὐδὲν χροῖα
περὶ



*ad res iustas gerendas, quâque res
iustas & faciunt & cupiunt facere.*

*Huic opponitur iniusticia, & dicitur,
qua homines inepti sunt ad res iustas
gerendas, quâque res iustas nec faci-
unt nec cupiunt facere, imò contraria
moliuntur.*

*IVSTICIÆ præclara sunt
apud omnes autores Græcos & La-
tinos*

tinos encl
 καλοῦσιν α
 cia in se
 Et Cicer
 sola dom
 tutum.
 & Aug
 Cuius fr
 dictoria
 tia & d
 Hu
 quis noc
 lis redda
 commu
 Fru
 citas et
 d'vica
 Id est
 sequar
 cad' pos
 Hoc e

N A T V R Æ.

tinus encomia. Theognis ait: $\epsilon\pi\ \delta\epsilon\ \delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\sigma\acute{\omega}\nu\eta\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\eta\lambda\theta\eta\kappa\eta\ \tau\omega\acute{\alpha}\sigma\prime\ \alpha\gamma\epsilon\tau\eta\ \prime\sigma\iota$. *Iusticia in sese virtutes continet omnes. Et Cicero: Iusticia hæc vna virtus sola domina omnium & regina virtutum. Hanc Aristoteles Hespero & Aurora formosiores pronunciat, Cuius fundamentum est fides, id est, dictorum conuentoriumque constantia & veritas.*

Huius primum munus est, ne cui quis noceat. Secundum, vt sua singulis reddamus. Tertium, vt omnia ad communem vtilitatem referamus.

Fructus huius vberimus est, felicitas et bona fama. Vnde Menander: $\delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\sigma\tau\omicron\iota\delta\iota\ \prime\iota\upsilon\alpha\ \eta\epsilon\tau\iota\ \delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\sigma\tau\omicron\iota\delta\iota\ \tau\acute{\upsilon}\chi\omicron\iota\varsigma$, Id est: Iustus esto, vt & iusta consequaris, Idem:

$\alpha\upsilon\delta\rho\omicron\varsigma\ \delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\sigma\tau\omicron\iota\delta\iota\ \kappa\alpha\rho\tau\omicron\varsigma\ \omicron\upsilon\chi\ \alpha\pi\omicron\lambda\upsilon\tau\alpha\iota$:
Hoc est, Viri iusti fructus non perit.
Iusticia

EGE




adas, quæque res
cupiunt facere.
iusticia, ad vici-
sunt ad res iustas
res iustas nec faci-
re, imò contraria

E præclara sunt
Græcos & Lati-
nos

DE LEGE

Iusticiæ partes in duplici sunt discrimine. Quædam enim subiectæ, quædam cognatæ dicuntur. Subiectæ sunt: Religio, Pietas, Gratitude, Innocentia, Vindicatio, Benevolentia, Liberalitas, Comitas, Ciuilitas, Fides, Obseruantia & Ius. His addo æquum & bonum. Cognatæ sunt: Gloria, Dignitas, Amplitudo, Amicitia. Has partes, eo quo propositæ sunt ordine, definitionibus illustrabimus.

RELIGIO, ἰσθονεία, Cicero-
ni iusticiæ pars est, quæ superioris
cuiusdam naturæ quam diuinam vo-
cant curam ceremoniamque adfert.
Hac sublata, vt idem Cicero inquit,
fides etiam & societas generis huma-
ni & vna excellentissima virtus iu-
sticia tollatur, necesse est. DEVM
autem religiosè colendum esse suprâ
ex lege



ex lege
Verum
quas Ci
cultu
A
P
Op
P
modo,

EGE

in duplici sunt do
m enim subiecta
licuntur. Subiecta
ietas, Grattudo
catio, Benevole
Comitas, Civilitas,
a & Jus. His do
m. Cognatae sunt
Amplitudo, Am
eo quo proposita
itionibus illustra

NATURÆ.



Depicta, Cicero
t, qua superiori
quam divinam de
oniamque adfert.
lem Cicero inquit,
tas generis huma
sima virtus in
est. DEVM
adum esse supra
ex lege

ex lege naturæ demonstratum est,
Verum huc adscribendas duxi leges,
quas Cicero in secundo de legibus, de
cultu Deorum recitat :

Ad diuinos adeunto castè.

Pietatem adhibento .

Opes amouento.

*Primam legem interpretatur hoc
modo , Castè iubet lex adire Deos,*

L animo

DE LEGE

animo videlicet, in qua sunt omnia,
 Nec tollit castimoniam corporis, sed
 hoc oportet intelligi cum multum a-
 nimus corpori praestet, obserueturque
 ut casto corpore adeatur, multo esse
 in animis id seruandum magis. Nam
 illud & aspersione aquae vel dierum
 numero tollitur, animi vero labes nec
 diuturnitate euanescere, nec manibus
 ullis elui potest. Quod autem pieta-
 tem adhiberi, opes amoueri iubet,
 significat pietatem gratam esse Deo,
 sumtum esse remouendum. Quid est
 enim cum paupertatem diuitijs etiam
 inter homines aequalem esse velimus?
 cum eam sumtu ad sacra adhibito
 Deorum aditu arceamus. Praeser-
 tim cum ipsi DEO nihil minus gra-
 tum futurum sit, quam non omnibus
 patere ad se placandum & colendum
 viam.

Cum

Cum
 tio dicitur
 illa supra
 cogitat, h
 abijcit:
 dem fac
 agnoscit
 soli se m
 dicit ess
 quem no
 tur, quos
 docebit.

P I
 pars est
 etis pat
 diligen
 nitur,
 dix. Q
 pietas
 Nam

LEGE

NATURÆ.

Cum Religione pugnat Superstio
δυσειδαιμονία & ἄθεότης Epicurea,
illa supra modum cultus genera ex-
cogitat, hæc omnem religionis curam
abijcit: Sicuti Cyclops apud Euripi-
dem facit, qui nullum aliud numen
agnoscit quàm Ventrem suum, cui
soli se munera offerre fatetur, alia
dicit esse κόμπους ἢ ἔυμορθείας λόγῳ,
quem non pauci ἄθεοι hodie imitan-
tur, quos olim iusta vindicta rectius
docebit.

PIETAS, σοφία, iusticiæ
pars est, per quam sanguine coniun-
ctis patriæque beneuolis, officium &
diligens tribuitur cultus. Huic oppo-
nitur, ἄσοφία, vitiorum omnium ra-
dix. Quare non satis laudari potest
pietas, sine qua religio esse nequit.
Nam religionis causa pietate inter

L 2 se de-



*se deincti sunt homines, quemadmo-
dum eleganter Vir optimus Stigeli-
us, his verbis cecinit :*

*Vtq; alios alij de relligione docerent,
Contiguas pietas iussit habere domos.*

*GRATIA, χάρις, iusticia
pars est, in qua amiciciarum & offi-
ciorum alterius memoria, & alterius
remunerandi voluntas, continetur.*

Huic

*Huic op
pista, quo
carunt Pe
Poëta &
maximis
dus in Th
cervima p
ait:
Ἐὐεὶ ἢ Εὐρ
Ἀγλαίῃ·*

*His
nem patre
trem En
significat
nitus infu
gratitud
Cha
merus
Elos in
dantur
ferre.*

Huic opponitur ingratitude, ἀχαρῖς, quo vitio nullum grauius iudicârunt Persarum leges, & contrâ Poëta & Philosophi omnes, gratiam maximis extulêre encomijs. Hesiodus in Theogonia gratiæ partes pulcerrima prosopopœia depingit: cum ait:

Ἔες ἢ ἡ Εὐρῳόμῃ χάριτας τέκε καλλιπύθιας,
 Αὐλαίηρ, Ἐὐφροσῶλω, δαλῆωντ' ἐράτείνλω.

His versibus Hesiodus, vt Iouem patrem gratiarum facit: Ita matrem Eurynomam: quibus verbis significatur, quòd lex quædam diuinitûs insita sit mentibus hominum de gratitudine.

Charitum, id est, gratiarum numerus significat tres actus distinctos in beneficijs, quæ vtrò citròque dantur, vt sunt, dare, accipere, referre.

L 3

Cha =

DE LEGE

Charitum nomina, affectus eorum
 qui vltro citroque certant beneficijs,
 notant: ἀγλαΐα, enim, latine splendor
 & dignitas, monet vt qui accepit be-
 neficium, illud agnoscat & prædicet:
 Εὐφροσύνη hilaritas, monet datorem hi-
 laritatis, vt sine morositate & mora
 beneficium conferat, Iuxta illud Eu-
 ripidis: Qui citò præstat gratiam
 dulcissimus mortalium est. Et illud:
 qui citò dat, bis dat. δαλῆα florida,
 monet ne beneficiorum acceptorum
 memoriam sinamus senescere, Huc
 illud Theocriti:

Χρῦσειοι πάλαι ἄνδρες ὅτ' ἀντεΐλκσ' ὁ τι-
 ληδεΐς.

Hoc est, Aurei quondam homi-
 nes fuere, quando is qui beneficia ac-
 ceperat, gratiam vicissim rependit.

Hæ tres gratiæ apud Poëtas vir-
 gines, eæq; nudæ & connexæ pingun-
 tur.

tur. Nud
 la sunt fa
 donation
 dias stru
 feruntur
 de Ajax
 ἐχθρῶν δ
 dona mi
 stili ani
 de facit
 pentis or
 neno tru
 ripidem
 IN
 est puri
 latione
 pars, q
 seruat
 Cicero
 effici
 & sec

tur. Nuditas & Virginitas Symbo-
la sunt simplicis candoris, ne quis
donationis pretextu cuiquam insi-
dias struat. Dona enim quæ ita con-
feruntur rarò profunt accipienti, vnde
de Ajax apud Euripidem, ἄδωρα ἤντι
ἐχθρῶν δῶρα, Id est, Inimicorum
dona minimè dona sunt. Qui ita ho-
stili animo alijs largitur dona, perin-
de facit, ac si linguam exsecet de ser-
pentis ore, ac munera porrigeret ve-
neno tineta, sicuti Medea apud Eu-
ripidem fecit.

INNOCENTIA, ἀνακία,
est puritas animi, omnem iniuræ il-
lationem abhorrens. Seu, est iusticiæ
pars, qua integritas vitæ & morum
seruatur. Huius magna laus est apud
Ciceronem. Vitam, inquit, beatam
efficiunt tranquillitas conscientiæ,
& securitas innocentia. Huic oppo-

L 4 nitur

nitur nocendi cupiditas, κακότης, qua quis ad iniuriam & maliciam committendam est paratus, vitium planè Satanicum, & humana natura indignissimum.

VINDICATIO, ἐκδίκησις, est per quam vis & iniuria, & omnino omne quod obfuturum est defendendo, aut vlciscendo propulsatur.

Huic opponitur ab vna parte seuitia seu crudelitas, ὀμότης: ab altera remissio, ἄνεσις.

BENEVOLENTIA, εὐνοία, iusticiæ pars est, qua alijs benè volumus. Huic opponitur Malevolentia, κακονοία, odium, μισθ, & inuidia, φθόνος, quæ tristatur de alienis bonis. Vnde autem proficiscatur inuidia, TITVS LIVIVS his verbis ostendit: Nulla ingenia tam prona ad inuidiam sunt, quàm eorum
qui

qui genu
no equan
bona oden
plurime
tentia, se
bam. E
ὁ φθόνος

τίμα

Inu

tamen in
mit inui

E

Inuidia Sicut

Maius torm

Pallor in cr

Nusquam

Pectora fe

Risus abe

Nec frui

Sed uide

Successu

Supplic

Inuidus a

N A T V R Æ.

qui genus ac fortunas suas animis
 nō æquant, quia virtutem ac aliorum
 bona oderunt. Aduersus hoc vitium
 plurimæ Poëtarum celebrantur sen-
 tentiæ, sed ego ex multis paucas ascri-
 bam. Epigramma Græcum est.

ὁ φθὸν ὄβρι κάκισον, ἔχει δὲ τὶ καλὸν ἐν
 αὐτῷ,
 τίθει γὰρ φθονῶν ὄμματα καὶ κραδίαν.

*Invidia pessimum quid est, habet
 tamen in se aliquid boni, nam consu-
 mit invidentium oculos & cor.*

Huc illud Horatij:

Invidia Siculi non inuenere tyranni
 Maius tormentum. Et hoc Ouidij.
 Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
 Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes,
 Pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno.
 Risus abest, nisi quem uisi fecere dolores.
 Nec fruitur somno, uigilantibus excita curis,
 Sed uidet ingratos, intrabescitq; uidendo
 Successus hominum, carpitq; & carpitur unâ,
 Suppliciumq; suum est. Et Horatius:
 Inuidus alterius rebus marcescit opimis.

L 5 Libera-

DE LEGE

LIBERALITAS, ἐλευθεριότης, iusticiæ pars est, quæ in beneficijs conferendis mediocritatē seruat. Liberalitatis comites facit Valerius, humanitatem & clementiam, quibus homine nihil dignius testatur Cicero: Martialis liberalitatis fructum expressit his versibus:

Extra fortunam est, quicquid donatur amicis,
Quas dederis, solas semper habebis opes.

Hæc, ut Claudianus ait:

Nil negat, & sese uel non poscentibus offert.

Huic opponitur in excessu quidem prodigalitas, ἀσωτία, in defectu verò illiberalitas, ἀνελευθερία. Huius tria sunt genera: turpis quæstus, tenacitas, & κημεία. Turpis quæstus, ἀχροκέρδεια, est, cum quis ditescere querit undecumq;, & lucrum quam pudorem pluris facit. Tenacitas, φειδωλία, est, cum quis in re honesta sumtui

sumtui &
est quasi
quis quid
tim & m
habito, &
ciat.

CO

morum
suauitas
Hæc

enim C
sior esse a
nem com
cliuor.

præditi
lys inse
propriu
parte
illa ne
sceden
liberico

N A T V R Æ.

Sumtui & impense parcit. κικεῖα
 est quasi cucuminis sectio, hoc fit cum
 quis quidem expendit, sed minuta-
 tim & malè, nullo temporis delectu
 habito, unde fit vt plus iacturæ fa-
 ciat.

COMITAS, φιλοφροσύνη, est
 morum quedam humana & ornata
 suauitas, à como quod est orno.

Hæc amicitia coniuncta est, Ita
 enim Cicero ait: Amicitia remis-
 sior esse debet & dulcior, & ad om-
 nem comitatem facilitatèmq; pro-
 cliuior. Qui enim hac sunt virtute
 præditi, benignè & haud grauatè a-
 lys inseruiunt, quod est amicorum
 proprium. Huic opponitur ab vna
 parte seueritas, ab altera scurrilitas:
 illa ne punctum quidem à virtute di-
 scedendum statuit, hæc nimis remissa
 liberioribus iocis delectatur: illa græ-

cè ἀπο-

DE LEGE

ὁ ἀποτομία quasi resectio, qua res ad
vinum exigitur. Hæc ἐν ἑραπειᾷ, quæ
se flectit ad ingenia hominum, ut
lepore & urbana dicacitate oble-
tentur, dicitur.

CIVILITAS, τὸ πολητικόν,
est civilis quædam moderatio ac mo-
destia homini politico maximè con-
ueniens. Huic opponitur incivilitas,
ἀγριότης, quæ est morum quædam ru-
ditas et rusticitas, et petulantia, ὕβρις,
quæ alios per contumaciam petit.

FIDES, πίστις, est dictorum
& conuentorum constantia & veri-
tas, dicta, quòd fiat quòd dictum est.
Hanc Seneca sanctissimum humani
pectoris bonum appellat. Et à Cice-
rone fundamentum iusticiæ dicitur.
Rectè igitur monet Plautus: fac fi-
delis sis fideli, caue fidem flexam ge-
ras.

ras. Quo
cit: p
se facile
dentes ap
ponitur
stantia,

O I
quæ dig
dam &
quam bo
ri gradu
Despicie
quadam

V
quam
runt, a
oppo
Verit
mona

N A T V R Æ.

ras. Quod autem Theon Sophista dicit: μέμνησο ἄπιστον, vult ne quis smat se facile persuaderi à quouis, nisi euidentes appareant rationes. Huic opponitur Vanitas, ματαιότης, & inconstantia, ἀσασία.

O B S E R V A N T I A,

δοξασία, est per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignamur: seu, per quam honorantur personæ in digniori gradu constitutæ. Huic opponitur Despicientia, ὑποψία, quæ in animi quadam auersione posita est.

V E R I T A S, ἀλήθεια, est per quam immutata ea quæ sunt, aut fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. Huic opponitur mendacium, ψευδολογία, Veritatis commendatio apud Philemona hæc est:

ὄνκ.

DE LEGE

Οὐκ ἔστιν οὔτε ζωγράφος, μὰ τοὺς θεοὺς,
οὔτε ἀνδριωντοποιὸς, ὅσις ἄρ πλάσαι
κάλλει τοῖσ'τοῖσι, οἷον ἢ ἀλήθεια' ἔχει.

Hoc est :

Non est aut pictor, per Deos,
aut statuarius, qui fingere posset pul-
critudinem talem, qualem habet ve-
ritas.

IVS, τὸ δίκαιον, nihil aliud est
quàm quod vel natura, vel ciuitas,
aut populus, aut gens, vel consuetudo
iubet. Diuiditur in ius naturale, gen-
tium & ciuile.

NATURALE quod est
commune omni nationi, eò quòd ubiq³
instinctu naturæ habetur, non aliqua
constitutione facta ab homine, sed ab
ipso naturæ conditore: ut maris &
fæminæ coniunctio, natorum educa-
tio, liberorum successio in bonis pa-
rentum.

IVS

IVS
humana
patria par
IVS
communi
bitur, hoc
proprium
tria iuris
banda su
axiomati
EQ
æquitas,
Nam aut
applicatio
& mens
seu est
ris, qu
commo
ctentis
ad lege
tio ser

N A T V R Æ.

*I V S gentium, est quo gentes
humanae utuntur, hoc Deo, religioni,
patriæ paremus.*

*I V S civile, est quando aliquid
communi iuri vel additur vel detra-
hitur, hoc est, Cùm populus sibi quasi
propriam ius civitatis facit. Hæc
tria iuris genera tum demum appro-
banda sunt, quando ex primis naturæ
axiomatis fluxisse demonstrantur.*

Æ Q V V M & B O N V M,
æquitas, ἐπιείκεια, hæc triplex est,
Nam aut est congrua legis ad opus
applicatio, in qua spectatur voluntas
& mens legis, & non τὸ ἀκριβοῦς ἰκαιοῦρ,
*seu est temperatio ac emendatio iu-
ris, quæ fit ex prudentia iudicis ac-
commodantis se rationi causæ, & fle-
tenti legem ad causam, non causam
ad legem. Aut est rerum iusta cõmuta-
tio servata æqualitate. Aut est iuxta*
pro-

I V S

DE LEGE

proportionem debitam, & officiorum
conditionem, bonorum & premio-
rum atq; etiam pœnarum distributio.

Hinc oriuntur iusticiæ species,
distributiva & commutativa.



DISTRIBVTIVA,
iusticia est personarum & officio-
rum ordinatio in omni vita publica
& priuata. Hæc secundum propor-
tionem

N
tionem Geo
nis apta offi
proportio (q
vlw, & Cice
numerorū
siderat, se
num rerum
Ita hæc di
differente
rum distri
sonarum &
nem attend
tas functio
num non l
su offertu
mus, Se
quod con
cuius n
tur, sed
seruatiu
blicæ.

NATVRÆ,

tionem Geometricam tribuit perso-
 nis apta officia. Vt enim Geometrica
 proportio (quam Aristoteles διηρημέ-
 vlv, & Cicero deiunctam vocat) non
 numerorū intervalla simpliciter con-
 siderat, sed æquali item proportio-
 num rerum & personarum spectat:
 Ita hæc distributiua iusticia non in-
 differenter iuxta personarum nume-
 rum distribuit functiones, Sed per-
 sonarum & functionum proportio-
 nem attendit, & tribuit personis ap-
 tas functiones. Vt ædificaturus do-
 mum non lignum quodlibet quod ca-
 su offertur substernit, vt sit basis do-
 mus, Sed deligit ex magno aceruo
 quod congruit: Ita in republica non
 cuius munus magistratus imponi-
 tur, sed idoneo. Vbi hæc iusticia non
 seruatur, actum est de salute Reipu-
 blicæ.

M Iusticia

GE

m, & officiorum
 um & premio-
 rum distributio.
 iusticia species,
 mutatiua,



BVTIVA,
 um & officio-
 ni vita publica
 iudum propor-
 tionem

IUSTITIA commutativa,
 συναδικη, est ordinatio commuta-
 tionis rerum in contractibus. Hæc
 secundum proportionem Arithmeti-
 cam seruat æqualitatem in commu-
 tatione rerum: In hac rerum æqua-
 litas quæritur, personarum nulla fa-
 cta collatione: Vt enim Arithmeti-
 ca proportio numerorum æqualia in-
 terualla considerat, exempli gratia,
 3. 6. 9. 12. 15. hîc semper proximus
 à proximo distat ternario: Ita Iu-
 sticia commutativa citra personarum
 respectum simpliciter æqualitatem
 rerum quæ commutantur spectat, vt
 tantus sit numerus emtoris quantus
 est venditoris, vt res emta & preci-
 um sint æqualia. Sine hac iusticia
 nulla domus, nulla ciuitas, nulla res-
 publica stare potest.

Porro

Porro
 accommoda
 quamlibet
 compensati
 damnum
 delictum
 pœna talio
 tur. Veru
 nandum e
 stantias p
 debeat inde
 Geometrica
 qua graui
 natore qua
 milias gra
 tem quam
 GL
 quens de
 est illust
 & magni
 ciues, vel

N A T V R Æ.

Porro hæc commutativa iusticia accommodatur ad genus, hoc est, ad quamlibet rerum estimationem seu compensationem, & non solum ubi damnum & lucrum, sed etiam ubi delictum & pœna estimantur. Vt in pœna talionis, homicidium nece puni-
tur. Verum interim diligenter obser-
uandum est, quòd propter circum-
stantias personarum & occasionum,
debeat iudex interdum proportionem
Geometricam adhibere in consilium,
qua grauius punit ebrietatem in Se-
natore quàm in milite: Sic paterfa-
miliæ grauius puniet filium scortan-
tem quàm famulum.

G L O R I A, κλέος, est fre-
quens de aliquo fama cum laude, vel,
est illustris & peruagata multorum
& magnorum virorum, vel in suos
ciues, vel in patriam, vel in omne ge-

M 2 nus,

Porro

DE LEGE

nus hominum fama meritorum. Vel
sicut alibi definitur: Est consentiens
laus bonorum, incorrupta vox benè
iudicantium de eccellente virtute.
Hæc virtuti resonat & eius veluti
imago existit.

Huius fundamentum est virtus
seu quælibet res præclarè gesta di-
gnâque laude: vt Musarum gloria
carmen est teste Hesiodo. Vbi au-
tem fundamentum non solidum est,
sed fictum potius, inanis est gloria,
vt militis apud Comicum, qua nihil
iuxta Menandri sententiam, est mi-
serius. Huius inanis gloriæ partes
sunt, iactantia, præsumptio, hypocri-
sis.

IACTANTIA, ἀλαζονεία,
est inanis de se & stulta prædicatio,
qua quis plura promittit quàm præ-
stare potest.

Præ

PR
est cum q
quam ad
riam ven

HY
quis glori
habet, cu
dam for
liquis fa
in fabula
iactaret.

Porro
est super
at merite
cordiam
am & a

D
est alie
nore, &

NATVRÆ.

PRÆSUMPTIO, τόλμημα,
est cum quis ob facta sua, quæ ali-
quam admirationem merentur, glo-
riam venatur immodico studio.

HYPOCRISIS, cum
quis gloriam quærit ex eo quod non
habet, cuius tamen veluti larua quæ-
dam foris apparet, vt si Histrio a-
liquis sustinens personam Hercules
in fabula mox Herculem aliquem se
iactaret.

Porro vt inanis gloria mater
est superbia & εὐλαστία: ita procre-
at inertes soboles, pertinaciam, dis-
cordiam, contentionem, inobedienti-
am & alia huius generis vitia.

DIGNITAS, ἀξιοπρέπεια,
est alicuius honesto & cultu, & ho-
nore, & verecundia, digna autoritas.

M 3 Huic

Præ

DE LEGE

Huic opponitur indignitas, ἀναξία,
conditio vitæ obscura.

AMPLITUDO, τὸ πλεοναξία, aut potentia, aut maiestatis,
aut aliquarum copiarum magna ab-
undantia. Huic opponitur ignobili-
tas & egena obscuritas.

AMICICIA, ειλία, est vo-
luntas erga aliquem rerum bonarum
illius ipsius causa, quem diligit, cum
eius pari voluntate. Huius proprium
est retinere & alere benevolentiam,
beneficientiam & συμπάθεια, qua
cum afflicto pateris: ἢ γὰρ συμπάθειά
ἐστὶ πάθος ἑνὸς διὰ πάθος ἑτέρου.

Tria genera amiciciae faciunt
Philosophi.

Primum & optimum dicunt eo-
rum esse, quos virtus copulavit. Soli-
da enim est ex ratione dilectio.

Secun-

NATVRE.

Secundum & medium genus in gratiæ relatione est. Est enim hoc genus in mutua remuneratione positum, in tota vita admodum vtile, Nam communis est ex gratia amicitia.

Postremum & tertium genus ex familiari consuetudine ortum habet. Hypodamus Pythagoræus admodum pulchrè amicitia genera tradit his verbis: ἃ μὲν δὲ ἐπισήμας θεῶν, ἃ δὲ ἐκ πολλῶν ἀνθρώπων, ἃ δὲ δὲ ἀδονῶν ζώων.

Hoc est:

Alia quidem amicitia est ex scientia Deorum, alia est largitione hominum, alia ex voluptate animalium. Et addit: Quòd prima sit Philosophi amicitia, media hominis, vltima animalis.

M 4 DE

DE LEGE
DE FORTITVDINE
& eius partibus.



FORTITVDO, ἀνδρεία, est
considerata periculorum susceptio,
& laborum perpeſſio. Hec iuſticiæ
propugnatrix eſt, quæ finem conſer-
uationem humanæ ſocietatis ſeu de-
ſenſionem ornamentorū omnium vir-
tutum habet, aduerſus omnia vitia
decer=

decerat, i
pericula,
tes vt au
bem quan
nat. Cic
tionem e
Virtus p
ideò fort
pronun
propulſa
Eſt
quemad
Latinos
fortitudo
pterea qu
fortitudo
maxima
Vter
dicit, f
tes, de
Quonia

decertat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus voluptates vt auaritiam fugiat, tanquam labem quandam, quæ virtutem effæminat. Cicero hanc Stoicorum definitionem etiam probat: Fortitudo est virtus pugnans pro æquitate, atque ideò fortes & magnanimos habendos pronunciat, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam.

Est autem obseruandum, quòd quemadmodum virtus à viro apud Latinos dicitur, teste Cicerone, ita fortitudo apud Græcos à viro: propterea quòd viri propria maximè est fortitudo. Cuius munera duo sunt maxima: mortis dolorisq; contemtio. Vterq; enim est igitur, vt idem Cicero dicit, fortitudine, si virtutis compotes, vel potius si viri volumus esse. Quoniam à viris hæc virtus nomen

M 5 est



DO, auctoria, est
ulorum susceptio,
io. Hæc iusticia
ne finem confer-
societatis seu de-
vri omnium vir-
us omnia vitia
decer-

est mutuata. Versatur autem fortitudo inter duo extrema, audaciam & timiditatem.

AVDACIA, δάρσος, est inconsiderata confidentia res arduas aggrediendi. Hanc tamen Cicero interdum agnatam esse ducit fortitudini.

TIMIDITAS, δειλία, animi est angustia, qua quis præ animi paruitate formidat res arduas aggredi, hoc qui laborant vitio, effœminati appellantur.

Aduersantur quoque fortitudini ignauia & nequitia. Ignauia, ῥαθυμία, est quæ quod ratio aggredi fortiter suadet, dissuadet.

NEQVITIA, ἀρεσιότης, quæ non solum fortitudini, Verum etiam omnibus opponitur virtutibus. Hæc à nihilo, id est, sterilitate nominata est, vt quæ nihil recti aut boni, sed

sed quic
ter facit
rant per
suam pe
opponu
fertilita
Par
Magni
Perseu
M
μεγαλο
& excell
dam & s
tio atq
He
tur, kou
BAN
seruili
P
μικρο
abiecti

N A T V R Æ.

sed quicquid potest mali contumaci-
ter facit. Atque ideo qui hac labo-
rant perditī appellantur, & indies in
suam perniciem properant. Quibus
opponuntur frugales, à fruge, hoc est,
fertilitate dicti.

Partes subiectæ fortitudini sunt,
Magnificentia, Fidentia, Patientia,
Perseuerantia.

MAGNIFICENTIA,
μεγαλοπρέπεια est rerum magnarum
& excelsarum cum animi ampla qua-
dam & splendida propositione, agita-
tio atq; administratio.

Hæc inter duo extrema versa-
tur, βαναυσία & parvificentiam.

ΒΑΝΑΥΣΙΑ ob animi paruitatem,
seruilia & contēta artificia sectatur.

PARVIFICENTIA,
μικροπρέπεια, est paruitas animi &
abiectio indigna viro.

Fiden-

DE LEGE

FIDENTIA, παρρησία est
per quam magnis et honestis in rebus
multum ipse animus in se fiduciae cer-
ta cum spe collocavit. Seu, ut alibi Ci-
cero definit: est firma animi confisio.

Huic opponitur ab una parte
δολοφία, ab altera diffidentia: quæ me-
tu mali, quod videtur impendere, ni-
hil audet aggredi.



Patien-

P A
est bone
rum ar d
taria ac
cet as cr
mo fast
filium
tiam bo

Fortit
Sic erat in
Sed De
Nec meriti
Est aliq
Conscia me
Pectora
Nec tamen
Obrui
Passus ide
Cadm
Passus ide
Et qu
Omne so
Ut uo
Nec fera
Et tib

EGE

IA, παρρησία
t honestis in rebus
s in se fiducia
it. Seu, ut alibi
ma animi confusio
ur ab una parte
fidentia: qua me
etur impendere

NATVRÆ.

PATIENTIA, ἀνεξιγκασία,
est honestatis aut vtilitatis causa, re-
rum arduarum ac difficilium volun-
taria ac diuturna perpeſſio. Huc pla-
cet aſcribere cauſas patientiæ ex pri-
mo faſtorum Ouidy, vbi Nicoſtrata
filium Euandrum exulem ad patien-
tiam hortatur his verbis :

Fortiter exilium ferre memento tuum.
Sic erat in fatiſ, nec te tua culpa fugauit,
Sed Deus, offenſo pulſus eſ urbe Deo.
Nec meriti pœnam pateriſ, ſed numiniſ iram,
Eſt aliquid magniſ crimen abeſſe malis.
Conſcia meſ, ut cuiq; ſua eſt, ita concipit intra
Pectora, pro factio ſpemq; metumq; ſuo.
Nec tamen ut primuſ mœreſ mala talia paſſuſ,
Obruit ingenteſ iſta procella uiroſ.
Paſſuſ idem eſt, Tyriiſ qui quondã pulſuſ ab oriſ,
Cadmuſ, in Aonia conſtitit exul humo.
Paſſuſ idem Tydeuſ, & idem Pagæſeuſ Iaſon,
Et quos prætereã longa referre mora eſt.
Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibuſ æquor,
Vt uolucri uacuo quicquid in orbe patet.
Nec fera tempeſtas toto tamen horret in anno,
Et tibi (crede mihi) tempora ueriſ erunt.

Hic



Patientia

DE LEGE

Hic Poëta causas patientiæ enumerat: providentiam Dei, innocentiam, bonam conscientiam, exempla, fortitudinem & spem melioris fortune. Porro patientia versatur inter extrema, impatientiam & indolentiam: Illa fugit omnem laborem & dolorem, Hæc omnem laboris & doloris sensum abijcit, græcè ἀπάθεια, ut illa φρόνη generalis nomine, quæ fortè proprium non habet, dicitur.

PERSEVERANTIA, καρτερία, est in ratione benè constituta, stabilis & perpetua mansio. Versatur autem inter duo extrema, pertinaciam & leuitatem.

PERTINACIA, αὐθάθεια, quæ sanè deliberationi est inimica, nimis enim insistit in suis persuasioni-

suasione
sui & bon
quo vitio
cent, & de
de ferè su
mittunt ad
Æsch
Γουλιε, it
ἐυθουλιε ἀ

Neque
istimes mel
tione.
LEV
quis mare
merè fert
que plum
aura mone
DE T

N A T V R Æ

suasione . Oritur autem ex amore
sui & honorifica de se persuasione :
quo vitio laborantes , sibi nimis pla-
cent, & de suis elatius sentiunt, et in-
de ferè sunt ἰδιογνώμονες, nō enim ad-
mittunt aliorū iudicia & sententias .

Æschylus opponit ἀυδάδειαρ ἐυ-
βουλία , ita enim ait : μήδ' ἀυδάδειαρ
ἐυβουλία ἀμείνον' ἠγήσῃ ποτέ .

Hoc est :

Neque peruicaciam unquam ex-
istimes meliorem prudenti delibera-
tione .

LEVITAS, κουφότης, qua
quis nunc in hanc, nunc in illam te-
merè fertur sententiam, non secūs at-
que pluma, quæ facilimè leuissima
aura nunc huc nunc illuc impellitur .

DE TEMPERANTIA
& eius partibus .

Tempe.



TEMPERANTIA,
 σωφροσύνη, est rationis in libidi-
 nem atq; in alios non rectos impetus,
 animi firma & moderata dominatio.
 Latinum nomen sortita est à tempere-
 rando, hoc est, moderando, videlicet,
 quòd affectus moderetur & actiones
 & gestus, vt in eis quaedam appareat
 suauitas & veluti iucunda quaedam
 harmo-

harmoni
 vi, sece
 quasi o
 seruatri
 tonem, o
 dentie.
 pertinet
 faciat, d
 ne quid
 gula est
 am impe
 gunt cont
 temperant
 quid fiat
 at prude
 sunt plus
 quidam
 τῆς
 Ho
 ciosius,
 sunt pre

harmonia. Græca appellatio σωφροσύνη, secundum Aristotelem dicitur, quasi σωζουσα τὴν φρόνησιν, hoc est, conservatrix prudentiæ. Secundum Platonem, σωτηρία τῆς φρονήσεως, salus prudentiæ: Vtraque etymologia eodem pertinet, videlicet quòd temperantia faciat, vt salva sit prudentia, hoc est, ne quid contra prudentiam cuius regula est recta ratio, fiat: Et quoniam impetus animorum sæpe insurgunt contrà hanc regulam, accedit temperantia, vt eos moderetur, ne quid fiat indecorè, & vt salva maneat prudentia. Huius laudes meritò sunt plurimæ apud scriptores, de hac quidam Græcè dixit:

τῆς ἡ σωφροσύνης οὐδὲν ὑμνωτῶσιν ἄλλο.

Hoc est: Temperantia nihil preciosius, sine enim hac cætera nullius sunt precij. Quæ autem hac sunt temperata,

N perata,

RANTIA,
 est rationis in libidinis
 non rectos impetus,
 moderata dominatio.
 sortita est à temperando,
 videlicet, moderetur & actiones
 quedam appareat
 incunda quedam
 harmo-


DE LEGE

perata, dulcissima & preciosissima sunt. Menander temperantiam penam virtutis appellat, cum ait, ταμιῖον ὄσιν ἀρετῆς ἢ σωφροσύνης. Xenophon eandem appellat, δευτέριον σοφίας, fundamentum sapientiae. Et addit: Nihil mali in eo viro nasci posse, qui hoc iecerit fundamentum. Et quidam de septem Graeciae sapientibus ita monet: Sis in adolescentia temperans, in media aetate iustus, in senectute prudens, quò moriaris absq; tristitia. Cicero asserit temperantiam facere, ut rationem sequamur, eandem dicit animis pacem adferre, & eos quasi quadam concordia placare & lenire. Haec inter extrema versatur, intemperantiam & insensibilitatem.

INTEMPERANTIA, ἀκολασία, est effrenis quaedam à tota mente & à recta ratione deflexio, sic



sic auerf
ut nullo
regi, nec
pellatio
na par
frenar
vitio
quoc
De ha



sic auersa à præscriptione rationis,
 vt nullo modo appetitiones animi nec
 regi, nec contineri queant. Græca ap-
 pellatio, ἀκολασία dicitur ab α priuati
 ua particula, et κολάζω quod significat
 frenare & temperare, Nam qui hoc
 vitio laborat, veluti frenis excussis
 quocumq; impetus animi ferunt, ruit.
 De hac Cicero. Quemadmodum tem-

N 2 peran-

DE LEGE

perantia sedat omnes appetitiones, & efficit, ut hæ rectæ rationi pareant, conseruatq; considerata iudicia mentis: Sic huic inimica intemperantia, omnem animi statum inflamat, conturbat, incitat. Vitia quæ coniuncta sunt intemperantiæ, enumerat Aristoteles his verbis: ἀκολασία, comitantur ἀταξία, ἀνοῦθεια, ἀκοσμία, ἔνυφι, ῥαθυμία, ἀμέλεια, ὀλιγωρία, ἔκλυσις, hoc est, Ordinis perturbatio, impudentia, confusio, delicia, ignauia, incuria, negligentia, dissolutio. Idem affirmat, malum intemperantiæ, hydropi & tabi simile esse, propterea quòd cùm radices egerit, incurabile malum sit.

INSENSIBILITAS,
ἀνοῦθησία, stupor est, quo fit ut nulle animi aut corporis cogitationes suboriantur. Qui hoc laborant vitio
non

non adma
de factum
ne nomen
lentur au
sensus e
Philebo
nima es
ἀνοῦθησία
Ten
ut sunt
Continen
dicia,
Mansuet
rum, aut
VE
cùm mo
merata
dam a
custos
dedeca
virgin

non admodum multi reperiuntur. Unde factum est, ut ait Aristoteles, ut ne nomen quidem habuerint. Appellentur autem ἀνοιδῆτοι, hoc est, omnis sensus expertes. Vox ἀνοιδῆσίας in Philebo Platonis est, cum inquit, anima est ἀπαθής motuum, corporis ἀνοιδῆσίαν nominans.

Temperantiæ partes sunt plures, ut sunt: Verecundia, Honestas, Continentia, Sobrietas, Castitas, Pudicitia, Humilitas, Clementia siue Mansuetudo, Modestia, εὐταξία, decorum, ἀντάρχεια, moderatio.

VERECUNDIA, αἰδώς, cum modum seruat, virtutibus annumeratur, & virtutis tinctura quædam à Cicerone dicitur, & ab eodem custos omnium virtutum appellatur, dedecus fugiens: Hæc maximè in virginibus & adolescentibus laudan-

N 3 da est,

da est, iuxta illud Plauti. Decet verecundum esse adolescentem, & de adolescente in *Adelphis* dicitur: Erubuit, salua res est. Pythagoras hoc de verecundia tradidit præceptum.

πρῆξις δ' ἀνοχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
μήτ' ἰδίου, πάντων ἢ μάλισ' ἀνοχῶεο ταυτόν.

Versatur autem hæc verecundia inter viciosum pudorem & impudentiam. Viciosus pudor δυσωπία est, immodicus pudor, atque ideò viciosus & turpis.

IMPUDENTIA, ἀνοιδεία vitium pessimum, videlicet cùm quis perfricta fronte, & omni exhausto pudore, quiduis audet. Hoc vitio laborantes, viri quidem κωῶπες, mulieres verò κωῶπιδες ab Homero appellantur, ut qui canino aspectu absque omni verecundia præditi sint. De hoc Menander in hunc modum cōqueritur:

ὦ μέγιστε

LEGE

N A T V R Æ.

ὦ μέγιστη τῶν θεῶν

Νῦν ὄνοσ' ἀναίδει' εἰ θεὸν καλεῖρ σε δεῖ,
Δεῖ δέ, τὸ κρατῶν γὰρ νῦν νομίζεται θεός.
Ἐφ' ὅσων βαδίζεις : ἔφ' ὅσων ἤξαιρ μοι δοκῆς.

*Hoc est: ô maxima Deorum,
Quæ nunc es impudentia, si De-
um te vocare licet, Sed oportet. Nam
quod imperat, pro Deo nunc habetur.
Quousque progederis? quousque
peruentura mihi videris?*

Idem.

κακή ἢ αἰδώς ἐνθάγε ἀναίδες κρατῆ,
*Malus pudor ubi vincit impudentia.
Pollux ait: canis oculum habere di-
citur is, qui nimio plus impudens est,
cui si etiam importunitatem adiece-
ris, κωμοῦχάρ feceris: qua voce signi-
ficatur impudentissimus, in quo scili-
cet muscæ & canis ingenium copula-
tum est.*

De hoc vitio ita ait Euripides:

ἢ μέγιστη τ' εἴς ἀνθρώποισιν νόσων ἢ ἀναίδεια,

N 4 Hoc

ad Plauti. Decet vo
adolefcentem, & b
delphis dicitur: E
est. Pythagoras bo
radidit præceptum.
ποτε μετ' αἰδώς
μέγιστ' αἰδώς (αἰδώς)
tem hæc verecundia
udorem & impuden-
udor διακρίσις ἐστὶν, ἀνα-
atque ideo viciofu
ENTIA, ἀναίδεια
videlicet cum quis
& omni exhausto
udet. Hoc vitio la-
dem κωμοῦχάρ, mulie-
ab Homero appel-
no aspectu absque
editi sunt. De hoc
vidu cōqueritur:
ὦ μέγιστη

DE LEGE

Hoc est :

Omniū vitiorū, quæ in homi-
nibus sunt, maximum est impuden-
tia. Hanc Xenophon maximam du-
cem ad omnem turpitudinem esse te-
statur. De qua hæc Theognidis est
querela :

ἦδη νῦν αἰδῶς μὲν εἰς ἀνθρώποισι τ' ὄλωλεν,
αὐτὰρ ἀναιδέϊη γαῖαρ ἐπέρχετ' ὁμῶς.
Inter mortales perijt pudor omnis honestus,
Osq; pudore uacans aspicit omne solum.

HONESTAS, σεμνότης,
hæc cauetur ne, quid indecorè, effæ-
minatè, libidinosè & turpiter fiat co-
giteturq;. Verùm hîc honestatem vo-
cari eam, quæ à sapientibus & bonis
illud nomen meretur, meminimus :
non quæ in multitudine conspicitur
fictio nomine : ἀχρόν γ' κρίνει τὰ καλὰ
τῶ πολλῶ φέφω. Cicero : Cùm id, quod
utile videtur in amicicia, cū eo, quod
honestum

honestum
litas spe
Honestat
Idem: L
diximus)
men nos
se videtur
ficio cole
& in neg
tur ergo
CO
ἐπιτάττα, ε
sily gubern
maximè d
potus, &
ratur. Co
eo est, q
bi potius
imperio
minimè
re præc

honestum est, comparatur, iaceat vtilitatis species, valeat honestas. Idem: Honestate dirigenda vtilitas est. Idem: Illud honestum (quod sæpè diximus) etiamsi in alio cernimus, tamen nos mouet, atq; illi, in quo id inesse videtur, amicos facit. Idem: In officio colendo sita est honestas omnis, & in negligendo turpitudine. Opponitur ergo turpitudine honestati.

CONTINENTIA, ἐγκράτεια, est per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. Hæc enim maximè voluptates corporis, cibi & potus, & rerum venerearum moderatur. Continentiæ autem nomen ex eo est, quòd ita teneat cupiditates cibi potusq; & rerum venerearum sub imperio rationis, vt ab ijs se vinci minimè patiatur. Huc illud Pythagoræ præceptum:

N 5

Κραε

DE LEGE

κρατῆρ δ' εἰδίξειο τῶν δέ,
 γαστρὸς μὲν πρῶτα, καὶ ὑπνοῦ, λαγνείης τε,
 καὶ θυμῶ. *Hoc est, imperare assuesce*
Ventri quidem primūm, somno, libi-
diniq; et ira. Et Anacharsis: γλώσσης,
γαστρὸς, αἰδοῖωμ κρατῆρ, Hoc est, Lin-
guam, Ventrem, Venerem compesce.
Et Menander: γαστρὸς περὶ πᾶσιν ἡνίου
κρατῆρ: Hoc est: Conare omnem Ven-
tris habenā comprimere. Huc etiam
Virgily versus ascribere placuit:

Nec Veneris, nec tu uini capiaris amore:

Vno namq; modo uina Venusq; nocent.

Et rursus.

Compedibus Venerem, uinclis cōstringe Lyæum,

Ne te muneribus ledat uterq; suis.

Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis

Seruiat, hos fines transfilijsse nocet.

Sequamur itaq; Ciceronis consili-
um, qui ait: tantum cibi & potionis
adhibendum est, vt reficiantur vires,
non opprimantur. Esse enim, vt alibi
ait, oportebit, vt uiuas, non uiuere,
vt edas. *Conti-*

N A T V R Æ.

Continentiæ opponitur inconti-
nentiæ, ἀκράτεια, quæ est cū aliquis
non imperat voluptatibus: Sed ab il-
lis superatur, eisq̄ se seruum facit.

SOBRIETAS, νηφαλιότης,
specialius nomen est quàm continen-
tia. Est enim mediocritas potus, &
opponitur ebrietati. Latine vocis
ratio est, quòd dicatur sobrietas, quasi
sine ebrietate. Commoda sobrietatis
perpulcrè complectitur. Horatius:

Accipe nunc uictus tenuis, quæ quantaq̄ secum
Adferat, in primis ualeas benè.

Idem.

Alter (scilicet sobrius) ubi dicto citius curata
sopori
Membra dedit, uegetus præscripta ad munia
surgit.

Verùm sobrietatis laudes aliunde
rectius æstimari non possunt, quàm
ex ebrietatis turpitudine & incom-
modis.

DE LEGE

modis. Menti, inquit Cicero, rectè
viti non possumus multo cibo & po-
tione completi. Et Poëta Græcus:

ὄινω θείεις ἀνὴρ ἥσσω μὲν ὄργῃς ὄσι, τοῖ δὲ νοῦ
κέρως, εὐλείτε πολλὰ γλῶτταρ ἐκχέας μά-
τλω ἄκωρ ἀκούειρ, ἀπὸ ἐκῶρ εἴωσιν κακῶς.

Hoc est:

Vinosus vir ab ira quidem su-
peratur, mente verò est vacuus, so-
letq; ubi multa verba effuderit teme-
rè, inuitus audire quæ volens dixit,
huc prouerbiū, πολλάκις ἐν ὄινῳ κύμα-
σι τις ναυαγῆ. Hoc est: Plerumq; in
vini fluctibus aliquis naufragium
facit.

Aristophanes vinum lac Vene-
ris esse dicebat, his verbis: ἡδύς τε πι-
νῆρ ὄινος ἀφροδίτης γάλα, Suaue ad bi-
bendum vinum, Veneris lac. Atque
ideò Plato legem statuit, ne quis gu-
staret vinum ante completum 18. æta-
tis an-

N A T V R Æ.

tis annum. Deinde vsque ad 23. me-
diocriter gustandum esse: Huius le-
gis rationem addit hanc: οὐ γὰρ ἐπὶ
πῦρ ὀχετέναι, hoc est, non oportet
ignem super ignem equitare. Sunt &
hi versus apud Clementem Alexan:

οἶνος δ' ὅς περὶ ἴσον ἔχει μῦθος εὐτ' ἄρ' εἰς
ἄνδρας
ἔλθῃ: κυμαίνα δ' οἷα λίθουσαρ ἄλλα,
βορέης ἢ νότος, τὰ δὲ πάντα κεκρυμμένα
φαίνα.

Et Ausonius.

Ense cadunt multi, perimit sed crapula plures.
Notetur & versiculus Property:
Vino forma perit, uino corrumpitur aetas.

Huc & illud Menandri pertinet:

πολύς γὰρ οἶνος πολλὰ ἁμαρτάναι ποιῆ.
Multum vinum multa facit peccare.

Et Latinus Poëta:

Et Venus in uinis, ignis in igne furit.

Castitas



CASTITAS, ἀγνία, est reli-
giosa quaedam mundities & puritas,
qua & animus mundus ab impura li-
bidine & corpus purum seruatur.
Corporis munditiem sine puritate a-
nimi etiam Aristoteles paruifecit:
qui cum videret Zenocratem min-
gentem & non admouentem manum
τῷ αὐδούῳ, videns dixit, χεῖρες μὲν
ἀγναί

ἀγναί, ὅτι
 quidem
 Neg est
 tas de qu
 gibus bon
 est magn
 terius vi
 sonius:
 Que dōs m
 Que casta e
 Hinc
 dōria.
 Pudici
 tur non sol
 rum etiam
 nim solum
 oportet:
 ideò pud
 pingi scu
 testudin
 rum est
 quentia

ἄγναι, φρῶν δ' ἔχα μιάσματα: manus
quidem casta, sed mens inquinata est.
Neq; est tantum in virginibus casti-
tas de qua loquor, sed etiam in coniu-
gibus honestis: Vnde Horatius: Dos
est magna parentum & metuens al-
terius viri certo fœdere castitas. Au-
sonius:

Quæ dōs matronis pulcerrima? uita pudica.

Quæ casta est? de qua mentiri fama ueretur.

Huic opponitur impuritas, ἑλκῆ
δοῦναι.

Pudicicia, ἄγναι, est qua abstine-
tur non solum ab illicita Venere, ve-
rum etiam à signis Veneris. Non e-
nim solummodo corpus castum esse
oportet: verum etiam oculos. Atque
ideò pudicicia Romanis velata facie
pingi sculpiq; solita est. Et apud alios
testudini æquiparata, quòd pudica-
rum est sese domi continere, & fre-
quentia loca omnia declinare.

Oppo-

AS, ἄγναι, est reli-
quiditas & puritas,
indus ab impura li-
purum seruat. r.
m sine puritate a-
teles parusfecit.
Zenocratem min-
uentem manum
xit, ἡέρε, μὴ
ἄγναι

DE LEGE

Opponitur pudicitiae ἀσέλγεια,
quæ externis signis libidinosum ani-
mum testatur. Virgines igitur &
mulieres, quæ nimio ornatu student,
produnt animi libidinem. Quare Ti-
bullus vetat, ne auro polluatur for-
ma, ita enim ait :

Admonui quoties, auro ne pollue formam,
Sæpè solent auro multa subesse mala.

Quidam admodum venustè κού-
ραουδία muliebrem taxavit hoc di-
lemmate : Si pulcræ sunt mulieres,
sufficit natura, non contendat ars
contra naturam, hoc est, non litiget
fucus cum veritate. Si turpes sunt
natura : id quod apponunt, magis de-
formitatem arguit. Oportuit igitur
simplicitatem amplecti. Et meritò
Apelles pictor reprehendit discipu-
lum pingentem Helenam auro orna-
tam, ò adolescens inquit, quia non
potuisti

potuisti p
fecisti.
HV
σάμ, con
daces, n
quàm pa
Menandr
ἀνδραπο
βούλου δ
ἐὶ δικτὸς εἶ
δικτὸς παρ
σοὶ δὲ εὐπρε
ισθ' μὲν ἴδ

Hominem te esse
Stude omnibus
Si mortalis es,
Mortalis natus
In comiter salu
Æquabilem t
cellas.
Ovidi
mendat h
Vfibus edoct
Vive tibi

N A T V R Æ.

potuisti pulcram pingere, diuitem
fecisti.

HUMILITAS, ταπεινοφρο-
σώνη, continet & refrenat motus au-
daces, ne plura nobis polliceamur
quàm par est: De hac notentur hi
Menandri versus:

ἄνθρωπον ὄντα (αὐτὸν ἀναμίμνησ' αἰεὶ,
βούλου δὲ ἀρέσκειν πᾶσι, μὴ σαυτῷ μόνου,
εἰ θνητὸς εἶ, βέλυσε, θνητὰ καὶ φρόνει.
θνητὸς πεφυκὼς μὴ φρονῆς ὑπέρθεα.
εἴ δ' εὐπροσηγόροισιν ἐσὶ τις χάρις,
ἴσθ' ὅ μὲν ἴσθι πᾶσι, καὶ πρὸς χάρις βίω.

Hoc est:

Hominem te esse fac semper memineris,
Stude omnibus placere, non tibi soli.
Si mortalis es, optime, mortalia quoq; cogita.
Mortalis natus ne sapias supra diuinum numen,
In comiter salutantibus inest quaedam gratia.
Æquabilem te omnibus præsta, etiamsi uita ex-
cellas.

*Ouidius itidem humilitatem com-
mendat his versibus.*

Vsibus edocto si quicquam credis amico,
Vive tibi, & longè nomina magna fuge.

O Vive

DE LEGE

Viue tibi, quantumq; potes, prælustria uita,
Sæuum prælustri fulmen ab arce uenit.
Effugit hibernas demissa antenna procellas,
Lataq; plus paruis uela timoris habent.
Aspicias, ut summa cortex leuis innatat unda,
Cum graue nexa simul retia mergat onus.

Et rursus.

Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas?
Icarus immensas nomine signat aquas?
Nempe quòd hic altè, demissius ille uolabat,
Nam pennas ambo non habuère suas.
Crede mihi, benè qui latuit, benè uixit, & intra
Fortunam debet quisq; manere suam.

Pulcrum exemplum proponit
Ausonius in Agathocle Rege Syra-
cusano.

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea Regem,
Atq; abacum Samio sæpè onerasse luto:
Querenti causam, respondit, rex ego qui nunc,
Sicaniæ figulo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe, quicumq; repenti
Diues ab exili progrediere loco.

Propertius.

Alter remus aquas, alter tibi radat arenas,
Tutus eris, medio maxima turba mari est.

Huic

NATURÆ.

Huic opponitur *superbia*, ὑπερηφανία: *superbia cecum vitium est & pessimum: facit enim, vt τὸ γινῶθι σεαυτὸν nemo uideat, & multorum malorum causa, tandem sibi ipsi perniciem affert. Contra hanc bestiam, & Græci & Latini autores multa scripserunt, è quorum monumentis pauca ascribam.*

Primo loco producamus Menandrum, qui ita ait:

ὦ τρισάθλιοι
 ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα,
 αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασι τῷ ἀνθρώπου φύσει.

ô ter miseri

Omnes inflati, qui de sese magnificè sentiunt, Ignorant enim illi hominis naturam.

Idem.

ἄλαζονίας οὐ τις ἐκφεύγει δίκην,

Hoc est:

Arrogantiæ nemo effugiet pœnam.

O 2 Idem.

DE LEGE

Idem.

ἔφ' ὧ φρονεῖς μέγιστον, ἀπολεῖ τὸτό σε.
Ob quod maximè superbis, id te pes-
sundabit.

Alius quidam Comicus græcus.

εἰ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκιστον,
ἄρ μακρὰ πύνης, φλέγμα ἢ ὧ κρατὴ πορισῶ,
ἄρ εὐματιῆς, ταῦτα, πρό σε προβάλλοι εἰχμῶ,
ἄρ χρυσοφορῆς, τὸτο τύχης ὄσιρ ἔπαρμα,
ἄρ πλόσιος ἢ, τὸτο χρόνου ἄδικ' ἰχμῶ,
ἄρ ἀλαζονῆς, τὸτο ἀνοίας ὄσι φρύαγμα.

Hoc est:

*Etsi Rex es, ut mortalis audito,
Si longū exerces, pituita id fit, qua nimia teneris.
Si uestem bonā geris, hanc antè gestavit ouicula.
Si geris aurum, id fortunæ fastus est,
Si diues es, id temporis iniusta uis.
Si superbis, id amentiae fremitus est.*

*Hæc fæda bestia ingratiſſima
est virtutum comes, & quicquid at-
tingit turpiter fædat: iuxta versus
Vulgares:*

*Si tibi copia, si sapientia, formaq; detur,
Sola superbia destruit omnia si comitetur.*

Et

LEGE

m.
ap, ἀπολῆ τὸ τοῦ
superbis, id te pef.

vicus græcus.

αὐτῶν δὲ τῶν ἀπολῶν
μακρὰ ἢ κρατὴ πῶσις
τοῦ τοῦ πρὸς τὸν ἄλλο
πῶσις ἔστιν ἔπιπυμα,
ἐξουσίαν ἀδύνατον
πολλὰ δὲ σφραγισμα,
est:

audito,
id fit, quæ nimia teneris
ante gestavit oculos,
ne fastus est,
iusta vis.
remittit est.

stia ingratiſſima
, & quicquid at-
at: iuxta versus

ormaq; datur,
si comitetur.

Et

NATURÆ.
Et Claudianus.

Inquinat egregios adiuncta superbia mores,

Et rursus.

quia ipsa superbia longè

Disceſſit, vitium rebus ſolenne ſecundis,
Virtutumq; ingrata comes.

Seneca.

Dominare timidus, ſpiritus altos gere,
Sequitur ſuperbos ultor à tergo Deus.

Clementia ſiue manſuetudo, προ-
της, est per quam animi temerè in
odium alicuius concitati, comitate re-
tinentur. De hac Cicero ita ait:
Nihil est laudabilius, nihil magno ac
præclaro viro dignius placabilitate
atque clementia, quæ ita probanda,
vt adhibeatur reipublicæ cauſa ſene-
ritas, ſine qua adminiſtrari ciuitas
non poteſt. Et rursus, omnibus eſt
odio crudelitas, & amori pietas &
clementia. Terentius: re ipſa com-

O 3 peri

DE LEGE

peri nihil esse homini melius facilitate atq; clementia.

Ovidius.

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis.

Idem libro 3. de tristibus :

*Quò quisq; est maior, magis est placabilis iræ,
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suum finem, cùm iacet hostis, habet.
At lupus et turpes instant morientibus urfi,
Et quæcunq; minor nobilitate fera est.*

*Hanc Claudianus commendat
Honorio Consuli his verbis :*

*Sis pius in primis . Nam cùm uincamur in omni
Munere , sola Deos æquat clementia nobis.*

*Huius commoda idem recitat
hisce versiculis :*

*Hæc et amicicias longo post tempore firmat,
Mansuroq; adamante ligat, nec mobile mutat
Ingenium, paruo strepitu, nec uincula noxæ
Dissolui patitur, nec fastidire priorem
Allicitur ueniente nouo, benefacta tenere,
Respuere offensas facilis, pariterq; minoris*

Officij

N A T V R Æ.

Officij magniq; memor, superare laborat :
 Utq; hostes armis, meritis sic uincit amicos.
 Hæc fouet absentes, hæc longè sola remotis
 Consulit, hæc nullis auidam rumoribus aurem
 Pandit, ut ignauum nunquam lesura clientem
 Insidiosa tuos alienent murmura sensus.
 Non uiuis annexus amor meminisse sepultos
 Desinit, in prolem transcurrit gratia patrum.

Huic opponitur inclementia,
 & πῶρα, *crudelitas quædam & feritas*
aduersus vel victos, vel subiectos
seu reos.

MODESTIA, κοσμιότης,
est per quam pudor honestus claram
& stabilem comparat autoritatem.
Hæc in opinione, sermone, gestu,
actione, negotiorum seruat conueni-
entiam. Cum hac pugnat superbia
Thrasonica, vanitas seu iactantia,
garrulitas, futilitas, scurrilitas, pe-
tulantia, obscœnitas, item luxus &
ineptia in vestitu & multò maxi-

O 4 mè cu-

DE LEGE

mè curiositas seu πολυπραγμοσύνη, de qua hic fertur versiculus:

ἡ πολυπραγμοσύνης οὐδὲν χρεώτερον ἄλλο.

Hoc est, Curiositate non est aliud peius malum.

Εὐταξία in agendis servat ordinem, sine quo nihil suave, nihil gratum, nihil denique laudabile est. Huic opponitur ἀταξία.

Decorum, τὸ πρεπὸν cum εὐταξία cohaeret, nisi quòd quemadmodum illa propriè est rerum, ita decorum est personarum, etsi differentia hæc non est perpetua. Huic opponitur indecorum, ἀπρέπεια.

Αὐτάρκεια est, per quam quis suis est contentus, nec aliunde desiderat quicquam. Virtus sanè rarissima, sed in primis laudanda. Hæc enim inimica est avariciæ, prodigalitati, luxui, superbiæ, & multis alijs.

Mode-

Moderatio, μετριότης, superiori ancillatur. Hæc enim facit, ne quis nimis exquisita requirat. Qui αὐτάρκης est, moderatur ita omnia, ut potius naturæ quàm libidini satisfaciat.

Hæc sint breuiter dicta de quatuor virtutum generibus, earum partibus & officijs, quarum virtutum semina in nobis esse dicebant Stoici à natura indita, alijs maiora, alijs minora: ea præterea excoli, augeri, perfici, disciplina, educatione, exercitatione affirmarunt: id quod me perspicuè ostendisse arbitror. Dixi quoque de oppositis vitijs, quò virtutum decus ex collatione magis cerneretur. Concluduntur autem hac demonstratione.

Quicquid homini conuenit secundum rectam rationem, expetendum est, & quod cum ratione pugnat, fugiendum.

0 5 Vir=

DE LEGE

Virtutes conueniunt, & vitia minimè: Ergo vt illæ expetendæ: ita hæc fugienda sunt.

Maior est principium supra declaratum. Minor colligitur ab enumeratione effectorum. Effecta enim virtutum conseruant hominis statum & dignitatem: Item Oeconomias & respublicas stabiliunt, cum contraria his vitia, non solum cum hominis dignitate pugnant, Verumetiam domos atque respublicas, experientia teste, euertunt.

Hic meritò quæri potest, num omnia quæ concluduntur ex principijs legis naturæ, sint necessaria nec ne. Ad hanc quæstionem respondeo: Omnia quidem necessaria esse, sed alia in specie, alia in genere. Conclusiones in specie necessariae & immotæ sunt, quæ rectè extruuntur à princi-

principijs,
ab illo ho
rectè extr
tura. Le
cognati co
quod ideo
sui filij co
occisa est.
natas, vt
runt, non s
& impia,
sunt, atq; ia
concluditur
tura, hone
turpe, perp
Alia conc
in genere
ri possunt
re, huius
torum &
per respic

N A T V R Æ.

principijs, ita vt quicquid statuitur
 ab vlllo homine contra conclusiones
 rectè extructas, sit contra legem na-
 turæ. Lex fertur à Semiramide, vt
 cognati cognatas in vxores ducant,
 quod ideo fecit turpissima fœmina, vt
 sui filij complexu frueretur, à quo &
 occisa est. Qui iuxta hanc legem cog-
 natas, vt matres, sorores &c. duxe-
 runt, non sunt excusati lege tyrannica
 & impia, imò lege naturæ damnati
 sunt, atq; ideo quicquid vt honestum
 concluditur ex Axiomatis legis na-
 turæ, honestum est, & quicquid vt
 turpe, perpetuò turpe censendum est.
 Aliæ conclusiones sunt necessariae
 in genere, non in specie, Hæ muta-
 ri possunt in specie, manente gene-
 re, huiusmodi sunt plurimæ impera-
 torum & principum leges, qui sem-
 per respiciunt ad incolumitatem rei-
 publicæ,

DE LEGE

publicæ, et ad eam confirmandam suas leges ordinant. Sit exempli gratia hæc lex: Nemo peregrinus vallum Urbis conscendat. Hæc lex in genere necessaria est, non in specie: In genere, quatenus ad commune bonum facit, & ad conseruandam reipublicæ incolumitatem: In specie autem non est necessaria, quia hæc determinatio non directè concluditur ex axiomatis naturæ, poterit quoq; incidere casus, ut lex feratur, qua peregrinus obligetur ad conscendendum vallum, quæ sanè cum priori pugnat, sed in specie, & non in genere.

Addamus & aliud exemplum, lex aliquando fuit: Nemo usuram vllam accipiat, hæc lex in genere necessaria est, non in specie, in genere quidem, quatenus incolumitati reipublicæ seruit, & commoda est ciuibus:

in spe

in specie ad
fieri pote
fortiatur
nec respub
commoda
modo occu
moderat
que de cen
tur ciues
ca: non en
nere, licet
cie, ideo di
que hypothe
cie seu
tum, seu
tas questio
dit, quod t
extruantu
re, non ta
easdem l
aut Italis

N A T V R Æ.

in specie autem nō est necessaria, quia fieri potest, ut vicio hominum non sortiatur finem propositū, hoc est, ut nec reipublicæ sit utilis, nec ciuibus commoda. Si ergo ut maiori incommodo occurrat magistratus, permittit moderatam vsuram, ut accipere quinque de centum, ut hac ratione iuuentur ciues & cōsulatur saluti reipublicæ: non euertit priorem legem in genere, licet ferat permissionem in specie, ideo diligenter spectandum est, quæ hypotheses sunt necessariae in specie seu ἀπλῶς, & quæ in genere tantum, seu κατὰ ὅλην. Hæc distinctio multas quæstiones diluere potest, et ostendit, quod tametsi omnes honestæ leges extruantur ex axiomatis legis naturæ, non tamen sit necessarium, ut nos easdem leges habeamus cum Gallis, aut Italis, aut Germanis in specie.

Quili-

DE LEGE

Quilibet enim magistratus ^{καὶ} poterit leges vtilis suæ rei-
publicæ condere: modò nihil contra
naturæ normam faciat, imò verò
idem magistratus potest alias leges
in alijs ditionibus habere, si id vel
conditio hominum vel ratio proprie-
tatum exoptulare videtur. Quæ di-
uersæ leges, tametsi in specie vari-
ant, tamen pulcerrimè in genere con-
veniunt, & minimè sibi inuicem ad-
uersantur. Huc ergo diligentia ma-
gistratus incumbat, vt leges & con-
sentientes legi naturæ & vtilis sa-
luti reipublicæ ferat, hoc tamen ita
intelligi volo, vt in benè constitutis
rebus publicis non temerè legum fiat
mutatio. Nam leges longo tempore
& veterum autoritate confirmatæ,
iam sacrosanctæ haberi debent, vt
nefas sit eas mutare.

Potest

Pote
ad quest
quedam
quedam
uenda:
quit.
Qua
natura,
& apud
nitione. F
virtutum
axiomatis
nem extru
Quæ n
iudicat, e
vbiq; & ap
non opinio
actiones,
à virtutu
Quæ
libera, i

N A T V R Æ.

Poteſt & hoc modo reſponderi ad queſtionem propoſitam. Natura quædam dictat neceſſariò facienda: quædam ruruſus iudicat neceſſariò cauenda: & quædam in medio relinquit.

Quæ neceſſariò dictat facienda natura, ea cum fiunt, iuſta ſunt ubiq; & apud omnes, idq; natura, non opinione. Huius generis ſunt omnium virtutum actiones propriæ, quæ ex axiomatis naturæ per demonſtrationem extruuntur.

Quæ neceſſariò natura cauenda iudicat, ea cum fiunt, iniuſta ſunt, ubiq; & apud omnes, idque natura & non opinione, huiusmodi ſunt omnes actiones, quæ deflectūt vel minimum à virtutum proprijs actionibus.

Quæ in medio relinquuntur ſunt libera, ita vt nec iuſtus nec iniuſtus dicatur

Poteſt

DE LEGE

dicatur quis siue ea faciat, siue omit-
tat. Huc pertinent actiones quæ per
se nec in vitijs nec in virtutibus po-
nuntur. Vt vallum vrbis conscende-
re vel non conscendere, naturæ lex
liberum relinquit. At vbi decretum
magistratus accesserit, quo interdici-
tur, ne quis vallum conscendat, iusti-
ciæ & legis transgressor habendus
est, qui contemto magistratus decreto
vallum conscendit, & contrâ, qui ab-
stinet propter magistratus edictum,
iustus in ea legis parte censendus est.

De hoc tertio genere quæri po-
test, num lata lege iniustum sit natu-
ra vallum conscendere. Si non est na-
tura iniustum, videtur opinione tan-
tùm iniustum esse. Dico natura fuis-
se liberum, ideôq; nec iustum, nec in-
iustum, sed postquam accessit vox
magistratus, quæ finem naturæ spe-
ctans,

Etans, hoc
blica, inte
naturæ ter
quis hanc
pronuncio
dem et d
finem qu
nibus per
incolumit

Cetera
Etorum test
tia, restat ut
Est sanè m
in hominib
proverbium
hec non sol
re, quæ ho
traria pro
ctenus a n
rumetiam

NATVRÆ.

Etans, hoc est, incolumitatem reipublicæ, interdixit quod liberum erat, naturæ terminos transgreditur quisquis hanc legem violat, & factum pronuncio iniustum natura, non quidem ἀπλῶς, sed κατὰ ἡ, hoc est, ob finem quem natura spectat in actionibus pertinentibus ad conseruandam incolumitatem societatis humanæ.

Ceterum quia malè & benè factorum testis & iudex est conscientia, restat vt de ea nonnulla dicamus: Est sanè mirandum opificium Dei in hominibus conscientia, quæ iuxta prouerbium, instar mille testium est, hæc non solum testatur de lege naturæ, quæ honesta præcipit & illis contraria prohibet, quemadmodum hæc tenus à nobis explicatum est. Verum etiam nos quasi ad tribunal Dei

P sistit,

DE LEGE

sistit, alia accusans, alia laudans, aliâs
puniens, aliâs excusans.

Etsi autem interdum conscientia
veluti sopita delitescit: tamen aduer-
sis perinde atq; flagello crebrius ex-
citatur, iuxta illud Sophocleum:

παθόντες ἄρ' ἑυγνωϊμοῦ ἡμαρτηκότες.

Hoc est:

Cum affligimur conscientia sce-
lerum excitatur.

Et Lucretius.

Sed metus in uita poenarum pro malefactis
Est insignibus insignis, scelerisq; numella
Carcer & horribilis de saxo iactus eorum,
Verbera, carnifices, robur, pix, lumina tædæ,
Quæ tamē etsi absunt, at mens sibi conscia factis,
Præmetuens adhibet stimulos, torretq; flagellis.

Et Pindarus in Pythijs:

ἔντι μὲν θνατῶν φρένες ὠκυτόρα
κέρδ' ἄλυσσαι πρὸ δίκας δ' ὀλιγοί,
ἔα χεῖρ' ἐρπόντων πρὸς ἐπίδαν δ' ὁμῶς.

Hoc

N A T V R Æ.

Hoc est :

Interprete Philippo : Sunt hominum mentes velociores ad laudandum dolosum lucrum præ iusticia, repentium tamen ad asperum postfestum. Est autem ἐπιεσθη, quam Philippus postfestum vocat, dies, qui sequitur festum aliquod conuiuiorum, in quo homines se exhilararunt ac largius se potationibus dederunt. Hanc cum dicit asperam fore, videlicet ex crapula, significat futurum esse, vt qui malè fecerint, aliquando post factum conscientia sceleris torqueantur, & pœnas luant.

Vt autem adolescentes rectè admoneantur de hoc DEI opificio, omnium primum tenendum, quòd eius sit in mente sedes. In mente autem sunt tria, quæ ad hanc rem faciunt.)

P 2 Primo

E LEGE

usans, alia laudans, alia
excusans.

interdum conscientia
delitescit: tamen aduer-
sario flagello crebrius ex-
illud Sophocleum:

ἡμῶν ἡμαρτανότης,

Hoc est :

ignimur conscientia sc-
ur.

cretius.

marum pro malefactis
nis, scelerisq; numella
is de saxo iactus eorum,
robur, pax, lumina tede,
t, at mens sibi conscia factis,
stimulos, torretiq; flagellu.

us in Pythijs:

ἐν τῷ ἱερῷ
ἡμῶν ἡμαρτανότης,
ἡμῶν ἡμαρτανότης.

Hoc

DE LEGE

Primo loco est intelligentia, quam
 vocant contemplantem, cuius officium
 in contemplatione situm est, atq;
 hæc illa melior pars animi est, quam
 Aristoteles dicit semper hortari ac
 prouocare ad meliora. In hac colloca-
 tur σωτήρησις, ea quæ propositiones
 suppeditat. Nam cum hæc σωτήρησις
 sit custos ac conseruatrix noticiarum,
 quæ nobis innatae sunt de rectè factis
 ac secus, attendit semper quid expe-
 diat, quidue non expediat. Atq; ea de
 causa suppeditare propositiones syllo-
 gismis practicis dicitur. Quales sunt
 hæc: *Honesta facienda sunt. Turpia
 non sunt facienda.* Sunt autem hæc
 duo prima axiomata, quæ de actioni-
 bus ex lege naturæ promittit σωτήρησις,
 ex quibus postea plurimæ extruun-
 tur hypotheses, quæ præbent syllogis-
 mo practico propositiones: quales
 multæ

multa à nobis
 mis axiomat
 Secundo
 gentia præc
 ctione posit
 conscientia
 entes syllo
 num differ
 Hectore b
 nem: Ho
 scientia pr
 Defendere
 ter mori est
 dipo banc
 Turpia fa
 ma maxim
 tem eius
 nem: Inc
 & parric
 eta. At
 σωτήρησις

multæ à nobis sunt antea ex illis primis axiomatis extructæ.

Secundo loco in mente est intelligentia practica: cuius officium in actione positum est. In hac collocatur conscientia: quæ assumptiones serui-
entes syllogismo practico ex actionum differentijs promit, σωτήρσις in Hectore hanc suppeditat propositionem: *Honestæ sunt faciendæ. Conscientia promit hanc assumptionem: Defendere patriam & pro ea fortiter mori est honestum. σωτήρσις Oedipo hanc suggerit propositionem: Turpia facta sunt vitanda & pessima maximè vitanda, Conscientia autem eius hanc depromsit assumptionem: Incestus cum matre concubitus & parricidium, turpissima sunt facta. Atque ita in alijs actionibus σωτήρσις maiorem, conscientia mino-*

rem syllogismo practico suppeditat.

Tertio loco in mente est τὸ κριτήριον, Hoc est, Facultas iudicandi: Hæc est qua iudicat de factis, an ea laude aut pœna sint digna. Honestæ facta, laude & præmio digna iudicat iuxta honestatis gradus: & contra turpia damnat, eaque supplicio digna pronunciat, iuxta turpitudinis gradus. Hoc ergo κριτήριον maiori propositioni, quam suppeditat σωτήρησις, addit iudicium. Deinde conscientia subsumit factum, de quo iudex in conclusione pronunciat, hoc pacto.

Σωτήρησις adhibito κριτηρίῳ in Hectore hanc propositionem suppeditat: Honestæ facta sunt digna laude.

Conscientia subsumit: Defendere patriam & pro ea fortiter mori, est honestum factum.

τὸ

τὸ κριτήριον
Ergo patria
fortiter mori
Et rursum
facultate in
propositione
ma facta g
gna: Consc
Incestus c
parricidium
τὸ κριτήριον
concupitus
ma sunt gra
Priorem
Hectoris se
sus animu
non parum
adeo, ut m
timuerit.
damante
contra C

τὸ κριτήριον seu iudex concludit:
*Ergo patriam defendere, & pro ea
 fortiter mori est dignum laude.*

Et rursus, σωτήρησις adhibita
 facultate iudicandi in Oedipo hanc
 propositionem suppeditat: Turpissi-
 ma facta grauissimis pœnis sunt di-
 gna: Conscientia eiusdem subsumit:
 Incestus cum matre concubitus &
 parricidium turpissima sunt facta,
 τὸ κριτήριον. Ergo incestus cum matre
 concubitus & parricidium dignissi-
 ma sunt grauissimis pœnis.

Priorem Syllogismum in mente
 Hectoris sequuta est letitia, quæ ip-
 sus animum in grauissimis periculis
 non parum leniebat, imò liberabat
 adeò, vt mori pro patria iam non per-
 timuerit. Nam cum à vate Poly-
 damante admoneretur, ne bellum
 contra Græcos iniret, Respondit:

DE LEGE

εἰς δ' ἰωνὸς ἄριστον ἀμύεσθαι πορὶ πατρῆς.
*Adeò præstans ille heros conscientia
 facti fretus se aduersus ærumnas in
 periculis pro defendenda patria sus-
 ceptis erexit. Nam cùm vates vola-
 tum auium significare tristem euen-
 tum nunciaret, Hector animosè re-
 spondit: Siue dextrorsum aues ortum
 versus, siue sinistrorsum ad occasum
 volent, ἡμεῖς δὲ μεγαλοῖο δῖος πεθώμεθα
 βουλῆ, Nos magni Iouis consilio obe-
 dire statuimus. Consilium Iouis ap-
 pellans impetum animi Heroicum,
 quo ad rem præclarè & honestè ge-
 rendam impellebatur. Neque enim
 putabat vllum tempus esse, quo ea
 quæ sunt honesta non sint facienda,
 præsertim cùm salus patriæ agitur.
 Nam iuxta Euripidis sententiam,
 ὁ, ἢ καλὸν εἶλον ἄει, quod honestum
 semper carum.*

Poste=

Posterior
 te Oedipi R
 tus consequ
 patiens turp
 sibi ipse pra
 Fuit q
 dipus, qui
 cestas nup
 tensit faci
 conscientia
 um & pera
 num Menana
 ἰσχυροῦσιν ἀν
 ἰσχυροῖσιν ἀν
 Qui sibi
 audacissim
 eum timid
 conscienti
 condition

N A T V R Æ.

Posterio^rem syllogismum in mente Oedipi Regis Thebanorum, tantus consequutus est dolor, quòd impatiens turpitudinis à se perpetratæ sibi ipse præ dolore eruerit oculos.

Fuit quidem vir Heroicus Oedipus, qui etsi vatem Tiresiam incestas nuptias ipsi obijcientem contempsit facile: Tamen ita vno teste conscientia victus est, quòd se & reum & perditum agnouerit. Verè enim Menander ait:

ὁ σωισορῶν αὐτῶν ἔ, κὰρ ἢ δρασύτατος,
ἢ σώσεις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.

Hoc est:

Qui sibi aliquid conscius est, etsi audacissimus, conscientia tamen facit eum timidissimum. Variat ergò conscientia qualitas pro factorum conditione. Rectè enim facta, vt in

P 5 Hectō-

DE LEGE

Hectore, sequitur bona conscientia: turpia verò, ut in Oedipo, mala. De utraque Plato elegantissimè disserit in primo de republica. Quando, inquit, aliquis vicinus morti videtur, inuadit ipsum subito metus quidam & cura eorum, de quibus antea non cogitauit: & sermones: qui feruntur de inferis, nempe, quòd eos, qui hìc alios læserint, illic pœnas luere oporteat, hæctenus quidem ridiculi & fabulosi sunt visi, At tunc torquent animum ægotantis, at qui ipse siue ex senectutis infirmitate, siue aliunde inferis vicinior magis, quæ illic aguntur considerat, suspicione itaque & metu plenus animo versat ac pensitat, si quem læserit. At si deprehenderit se multa iniustè fecisse in vita, ex somnis tanquàm pueri crebrò excitatus metuit, ac mala

cum

*cum spe vi
nullius iniu
vitiæ læsi
Quemadmo
Et paulò pò
sanctè vitam
dem, cor na
tis, spes con
Nemeis non
reòta. p
yphag. àuq. à*

*Labori
senectuti pl*

*Sophoc
pum excæc
filie perue
in templo
fabula s*

N A T V R A.

cum spe viuit. Verùm illi, qui sibi nullius iniusticiæ conscius est, ἡδῆα ἐλπὶς αἰεὶ πάρεσι καὶ ἀγαθὴ γκροζόφθ. Quemadmodum & Pindarus ait. Et paulò pòst: At ei, qui iustè & sanctè vitam transegerit, dulcis quidem, cor nutriens & altrix senectutis, spes comes est. Et Pindarus in Nemeis nona Oda. ἐκ πόνων δ' οἱ σὺν νεότατι γήωνται, σώπτε δίκαια τελέθει πρὸς γήρας αἰὼρ ἀμέρα.

Hoc est:

Laboribus iustis in iuuentute fit senectuti placidum æuum.

Sophocles Tragicus scribit Oedipum excæcatum, ductu Antigonæ filia peruenisse Athenas, atque illic in templo Erinnyum sepultum. Qua fabula significat eos, qui turpem vi-

xere

DE LEGE

xere vitam, tandem mala conscientia
morituros.

Sunt autem *Erinnyes* nihil aliud
quàm animi perturbationes ex ma-
la conscientia, quæ perpetuò comi-
tantur turpia facta, atque ea de causa
Erinnyes dicuntur $\mu\eta\mu\omicron\nu\epsilon\varsigma$, id est,
memores, quia nunquam obliuiscun-
tur iustæ pœnæ ob scelera perpetra-
ta, quæ etsi tardius infertur: ta-
men hoc semper agunt *Erinnyes*, vt
cùm minimè expectatur, sentiatur
pœna.

Dicitur autem *Erinnys*: $\alpha\omega\delta\ \tau\eta\varsigma$
 $\epsilon\pi\iota\delta\ \& \ \nu\omicron\upsilon\iota$, quasi lis & contentio
animi, cuius meminit *Virgilius* lib:
secundo *Aeneidos*. Quò tristis *Erin-*
nys, quò fremitus vocat. Hinc est,
quò quicumque grauiâ perpetrârunt
scelera, etsi ad tempus securitatem
sibi pollicentur: tamen vel minimo
pericu=

N
periculo prop
qui nullus m
in summis p
Huc illud M
Sperans audire
quod sperat
Qui tibi
non est quò
fugias.
De co
etiam memo
dudere.
O
Conscia mens,
Pectora, P
Poëta
conscienti
Conse
sciam vo

LEGE

N A T V R Æ.

periculo proposito turbantur, contra
qui nullius mali sibi sunt conscij, vel
in summis periculis benè sperant.

Huc illud Menandri:

Βροντῆς ἀκρόσαρ μηδ' αὖ μὴ πόρρω φύγῃς,
μηδ' ἔρσιωσθῶς αὐτὸς ἑαυτῶ.

Hoc est:

Qui tibi nullius mali es conscius,
non est quòd audito tonitru procul
fugias.

De conscientia Latini Poëta
etiam memorabiles sententias præ-
didere.

Ovidius in fastis:

Conscia mens, ut cuiq; sua est, ita concipit intra
Pectora, pro facto spemq; metumq; suo.

Poëta hîc pulchrè discernit inter
conscientiam, & eius effectum.

Conscientiam, quam mentem con-
sciam vocat, intelligit eam faculta-
tem,

DE LEGE

tem, quæ factum ad regulam accom-
modat, quod in assumptione syllogismi
practici fit.

Eius effecta, spem & metum fa-
cit: Spem quidem, quæ futuri boni
expectatio est, & sequitur conscien-
tiam rectè factorum: Metum verò,
qui futurum malum seu pœnam per-
timescit. Hic enim malefactorum
comitatur conscientiam.

Horatius libro primo *Episto-
larum*:

At pueri ludentes, rex eris, aiunt,
Si rectè facias: hic murus aeneus esto.
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Ausonius.

Quenam summa boni? mens quæ sibi conscia
recti.

Ovidius rursus:

Conscia mens recti famæ mendacia ridet,
Sed nos in vitium credula turba sumus.

Hic

LEGE

ad regulam accom-
ssuntione syllogismi

spem & metum fa-
em, quæ futuri boni
& sequitur conscien-
rum: Metum vero,
alum seu poenam per-
enim malefactorum
ientiam.

libro primo Episto-

ntes, rex eris, aiunt,
curus abeneus esto.
a pallefcere culpa.

sonius.

e mens quæ sibi conscia

ur sus:

mendacia ridet,
ala turba sumus.

Hic

NATVRÆ.

Hic etiam Poëta clarè discernit
inter causam & effectum.

Idem primo libro de Ponto :

Estur ut occulta uitiata putredine nauis,
Æquoreos scopulos ut cauat unda salis :
Roditur ut scabra positum rubigine ferrum,
Conditus ut tinea carpitur ore liber :
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus,
Fine quibus nullo conficiantur, habent.
Nec prius hi mentem stimuli, quàm uita relin-
(quent,
Quiq; dolet citius, quàm dolor ipse, cadet.

Et Iuuenalis :

cur tamen hos tu

Euasisse, putes quos diri conscia facti,
Mens habet attonitos ? & surdo uerbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem uehemens & multo sæuior illis,
Quas aut Cæditius grauis inuenit, aut Rhada-
mantibus,
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

Et

DE LEGE

Et Lucanus.

Heu quantum misero poenae mens conscia donat.

Plautus in Milite:

At hoc me facinus miserum macerat,
Meumq; cor corpusq; cruciat.

Idem.

Nihil est miserius, quam animus
Sibi male conscius.

Huiusmodi gnoma Poëtarum
de conscientia bona & mala, ideo di-
ligentius obseruanda & memoria
mandanda sunt, vt illis admoniti
caueamus nobis diligentius, ne no-
stram conscientiam vlllo maculemus
scelere, quae vbi semel maculata fue-
rit, in dies magis magisque sordescit.
Meminerimus proinde dicti Senecae:
Nihil prodest inclusam habere con-
scientiam, patemus Deo, nullus men-
dacio, nullus dissimulationi locus est.

Hic

N A T V R Æ.

Hic meritò quæri potest, præsertim ab ignavis doctrinæ Ecclesiæ, quî fiat, quòd cum hominis σωτηρίας suggerat semper quæ honesta sunt, & dehortetur à contrarijs, plures in vitia ferantur, faciantq; ea contra animi consilium, quorum postea eos pænitere necesse est. Hic alij alias adferunt causas, ut fieri solet in rebus obscuris, quas breuiter commemorabo, etsi eas in principio attigi.

Quidam fatalem necessitatem, omnium motuum in hominibus causam esse statuunt, & hanc administrari à tribus Parcis, & Furys eas memori mente comitantibus. Sic enim interrogat chorus apud Æschilum, τῆς οὐρανῶν ἀνάγκης ὀϊακὸς ὄφθῃ.

Hoc est:

Q

Quis

Hic

DE LEGE

Quis est ergo necessitatis guberna-
 tor? Respondet Prometheus:
 μοῖραι τρίμορφοι ἢ μνύμονες ἐρίνυες, Par-
 cae triplices & memores Furiae.
 Huic fatali necessitati etiam DE-
 VM obnoxium esse statuunt Stoici.
 Verum cum haec opinio manifestè
 pugnet cum experientia & legibus
 diuinis & humanis, & ipsum DE-
 VM ferrum fati faciat, meritò ex-
 plodenda detestandaque est.

Quidam, etsi DEVM exi-
 munt à fati legibus, ipsum tamen
 omnium tum bonorum tum malo-
 rum autorem constituunt. Hunc
 dicunt duo mala hominibus, cum
 unum largiatur bonum, propinare.
 Vnde hoc Pindari dictum: ἐρ παρ'
 ἐσθλῶν πῆματα σαῦ δύο δαίοντα βρο-
 τοῖς ἀθάνατοι: Iuxta unum bonum
 duo

N
 duo incommo-
 nibus. Huc
 ricum de duo
 nis positus,
 alterum malis
 ex quibus Inf
 wala deproma
 ut huc etiam
 Hesiodum. I
 falsissimam i
 ter refellit O
 cit, homines
 fere proprijs
 propria stob
 cit, qui
 uxorem J
 DEO, J
 pulsus.
 Si Dij q
 Dij: E
 grauiſſi

duo incommoda dii tribuunt hominibus. Huc pertinet illud Homericum de duobus dolijs in limine Iouis positis, quorum unum bonis, alterum malis plenum esse dicitur: ex quibus Iupiter nunc bona nunc mala depromit hominibus. Pertinet huc etiam fabula Pandoræ apud Hesiodum. Verùm hanc opinionem falsissimam ipse Homerus eleganter refellit Odysseæ primo, Qui dicit, homines sibi ipsis mala accersere proprijs ἀτασθαλίῃσι, hoc est, propria stoliditate, vt Ægistus fecit, qui Agamemnonis absentis uxorem stuprauit, non quidem à DEO, sed à propria libidine impulsus. Rectè enim dictum est: Si Diij quid fecerint mali, non sunt Diij: Et Plato in fine 2. de Repub: grauissimè inquit: *Omni contentio*

Q 2 ne pu

DE LEGE

ne pugnandum est, ne quis in ciuitate, quam benè regi volumus, vel dicat, vel audiat, seu senex, seu iuuenis, seu in poëmate, seu in alia narratione, Deum esse causam alicui malorum.

Et alibi dicit:

ὁ θεὸς αἰτίῳ μὲν ὄσι καλῶν, ἀναίτιῳ δὲ κακῶν.

Hoc est:

DEVS quidem autor est bonorum, non autem malorum.

Quidam Aten Deam suscitare mala fingunt, quæ valida cum sit & velox, mitiores & moderatiores affectus percurrit. Verùm ista fictio rectè intellecta aliud non significat, quàm hominū temeritatem et incogitantiam esse malorum causam. Hæc temeritas Ate illa est, quæ semper homi-

N A T V R Æ.

homines lædit, vnde & nomen habet, quia semper ἄταται.

Sunt rursus, qui fortunæ hominum mala ac bona ascribunt, cùm in moribus, tum in rebus alijs: iuxta illud Poëtæ:

ὠπωρὸν κινὰ δίζουσα ἡμῖν ἐνίοθ' ἢ τύχη,
ἐμ' ἀγαθὸν ἐπιχέουσα τῷ ἔπαυθ' ἔκκακ'.

Hoc est:

Fortuna est nobis veluti pincerna, quæ cùm vnum affundit bonum, tria mala iuxta haurit.

Omitto eorum sententiam qui ex astris pendere & mores & euentus in hominibus existimant, atque eorum, qui affirmant mores plerunque sequi regionis naturam: Vnde Hippocrates ait, eos qui plagam Septentrionalem, Hoc est, Europam incolunt, aut etiam montana loca, agre-

23 stibus

stibus esse moribus præditos. Asiam autem cæteris regionibus longè clementiorem existere, in eâque omnia multò meliora & blandiora nasci, Necnon mores hominum tum mitiores, tum ad agendum promptiores ob optimam Asiatici cæli temperiem, haberi tamen illic magis imbelles homines quàm in Europa.

His proximè accedunt qui Phisicam ἰδιουργίαν, in causa esse dicunt, quare alij virtutibus, alij vitijs magis sunt addicti. Hos etsi nonnihil dicere fateor: tamen non satis. Non enim temperamentum sufficiens causa est malarum actionum, Sed tantùm impulsiva quædam & inuitatrix partialis, quæ vinci potest rationis imperio.

Quidam, in quorum numero est Plato, Aristoteles, & Plutarchus,

&

et plerique
bunt educat
tioni, quod
sint. Quem
lecti produ
hominum m
ribus redd
lum prone
lum:

Neglectis uren

Contra
frugem pro
genia culta
Quare rec

ταυδίας

Hac
tarchus
rum con
& illu

Et plerique summi Philosophi, tribuunt educationi & primæ institutioni, quòd alij probi, alij improbi sint. Quemadmodum enim agri neglecti producunt inutiles herbas: ita hominum ingenia neglecta, malis moribus redduntur obnoxia, iuxta illum prouerbialem Horatij versiculum:

Neglectis urenda filix innascitur agris.

Contrà, Vt cultus ager bonam frugem producit: Sic hominum ingenia culta suauiores mores reddunt. Quare rectè à Platone dictum est:

παιδείας κεφάλαιον ὄρδῃ τροφῆ.

Hac etiam de causa monet Plutarchus arcendos esse pueros à malorum consortio & consuetudine. Huc & illud Pythagoræ symbolum per-

Q 4 tinet:

DE LEGE

tinet: Ne gustâris ea, quibus nigra
est cauda, id est, ne familiaritatem
cum ijs habeas, qui ob morum inte-
gritatem tetri existimantur.

Euripides in Medea τὸν θυμὸν
autorem malorum esse dicit, ita enim
ait in persona Medeae:

θυμὸς δὲ κρείσσον τῶν ἐμῶν βυλθυμάτων:
ὄπῳ μεγίσῳ αὐτὶ κακῶν βροτοῖς:

Hoc est:

Impetus animi mea consilia vincit,
Qui maximorum autor malorum est
mortalibus.

Pindarus omnium rectissimè,
etsi obscure, veram causam videtur
diuinare, cum inquit:

καὶ χάρματα ἀνδρώποισι προμαδέως
αὐδῶς, ἐπὶ μὰρ βαίνει ἢ καὶ λάδας ἀτέκ-
μαρτον νέφθ, καὶ παρέλκει πραγμάτων
ὄρθα μὲν ὁδὸν ἔξω φρεσῶν.

Prometheus adfert hominibus vir-
tem & letitiam,

Sed

N A T V R Æ.

*Sed tamen accedit obscura nubes ob-
liuionis,
Et rectam viam negotiorum aufert
ex mentibus.*

*Hic Poëta videtur significare
lapsum Adæ, quem multi per Pro-
metheum significari autumant. Hu-
ius enim lapsus vera causa est erra-
torum in vita & moribus, & quòd
non tam λόγῳ, quàm errantibus ἐπι-
θυμίαις obtemperent homines.*

*Cæterum quia vocabulum con-
scientia non semper propriè accipi-
tur, quemadmodum iam à nobis ex-
positum est, sed interdum figuratè,
placet hîc in fine nonnulla de varia
vocabuli acceptione adijcere.*

*Interdum itaque conscientia ac-
cipitur pro toto syllogismo practico*

Q 5 &

Sed

DE LEGE

Et motu cordis syllogismum practicum consequente, idque per synecdochen, qua totum saepe partis nomen accipit.

Interdum propriè accipitur, pro ea facultate mentis, quæ assumptiones syllogismo practico suppeditat, et accommodat factum ad regulam.

Tertiò accipitur per metonymiam pro ipsa conclusione syllogismi practici, hoc est, pro iudicio mentis de facto, quemadmodum apud Paulum accipitur ad Rom: 2.

Postremò, accipitur nonnunquam per metalepsin pro motu, qui excitatur in corde ex cogitatione syllogismi practici, hoc est, pro dolore vel letitia comitante syllogismum practicum. Ratione huius acceptionis potissimum capit differentias,

tias, ut hec
conscientia.
cunda est act
tio, cum spe
ventus: Ma
ac crucians t
latio, conio
pendentis.
Hic via
fectum in
sunt letitia
egritudo
morie bene
bet alia ad
transacta
pulat:
vita est
egritud
datio be
et hab
Ita re

N A T V R Æ.

tias, ut hæc bona, illa mala dicatur
conscientia. Bona quidem, quia iu-
cunda est actæ honestè vitæ recorda-
tio, cum spe & expectatione lati e-
uentus: Mala verò, quia est tristis
ac crucians turpiter actæ vitæ recor-
datio, coniuncta cum metu pœnæ im-
pendentis.

Hic videre est duas συζυγίας af-
fectuum in hominibus, in vna συζυγία
sunt letitia & spes, in altera sunt
ægritudo & metus: Vtraque me-
moriæ beneficio conseruatur, sed ha-
bet alia alias causas. Honestè enim
transacta vita letitiam & spem co-
pulat: At contrà turpiter acta
vita est causa posterioris συζυγίας
ægritudinis & metus. Ut ergo recor-
datio benè transactæ vitæ est læta,
& habet spem iucundam de futuro:
Ita recordatio malè transactæ vitæ
est

DE LEGE

est molesta, & habet metum, qui est
trepidatio mentis de futuro periculo.
Hi affectus sunt veluti quidam di-
uinitus hominibus dati testes, qui de
lege naturæ testantur eamque obsi-
gnant cordibus hominum.

Hæc de lege naturæ annotasse
satis est, vt aliquo modo indicarem
igniculos quosdam in hominibus ad-
huc reliquos esse, qui si excitarentur
educatione bona & honestis exerci-
tys, magis conspicerentur. Hi igni-
culi, hoc est, noticiæ naturales de re-
bus honestis & turpibus, sunt fontes
omnium legum honestarum, quas ad-
amussim Philosophicam, quæ est des-
monstratio, reuocare non erit laborio-
sum illi, qui ea quæ annotauimus re-
ctè nouerit. Non enim solummodo
monstrauimus axiomata prima &
prin-

N
principia legi
sunt, & infra
illis natura
posses: Ver
quomodo per
de infimis hyp
ut del minima
sua certitudo
bit, utiliter
aristotelis &
libros, qui h
terim taceat
Iurispruden
in natura f
re. Quod a
sententias
xerim: i
ostendere
Prophet
possit.
Deum

N A T V R Æ.

principia legis naturæ, quæ immota sunt, & infallibilia, & quomodo ex illis κατὰ σάωθεις extrui debeant hypotheses: Verùm etiam indicauimus, quomodo per analysin redeundum sit ab infimis hypothesis ad principia, vt vel minimarum hypothesis constet certitudo & Veritas. Neque dubito, vtiliter lecturos esse ethicos Aristotelis & alios de moribus scriptos libros, qui hæc benè nouerint: vt interim taceam tyronibus Theologiæ et Iurisprudentiæ vtile esse hos morum in natura fontes videre & intelligere. Quòd autem nullas ex Theologia sententias in hoc toto tractatu adduxerim: id ideò à me factum est, vt ostenderem, quousque ratio sine voce Prophetica & Apostolica progredi possit. Quod superest, oro æternum Deum Patrem Domini nostri Iesu Christi,

Christi,

DE LEGE NATVRÆ.

Christi, vt & igniculos in natura ma-
gis accendat, & nostras mentes vera
sua luce illuminet, & nobis det gra-
tiam talem viuendi vitam, dum hic
commorandum est, vt hinc læti cum
bona conscientia, quando præco exi-
tum clamauerit, migrare ad cœ-
tum castissimorum spiritu-
um & sanctorum Dei,
valemus.

ΤΕΛΟΣ.

VVITEBERGÆ

Excudebat Iohannes
Crato.

M. D. LXIII.

NATURE.


illos in natura ma-
stras mentes vera
& nobis det gra-
ti vitam, dum hic
ut hinc leti cum
quando præco exi-
migrare ad cæ-
lorum spiritu-
torum Dei,
amus.


¶


BERGÆ


Iohannes
to.

LXIII.









Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 823 8° copy 1